Leguntur et admittuntur articuli 8, 9 et 10us.

[illegible] submittit Rmus Dnus Varrily decreto sic concepto Con[illegible] Tridentinum prætermitti quod visitationem diœceseos vult [illegible], et cur ita fiat saltem esse hic explicandum [illegible] Præses animadvertit regiones ubi visitatio minus frequen[illegible] S. Congni de Propaganda Fide fuisse subditas, neque [illegible] regionibus præscripta juris communis viguisse omnia ada[illegible] ; propterea hic minime agi de discedendo a legibus, sed de legibus numquam applicatis sciente nec reclamante S. Sede Apos[illegible].

Rmus Dnus Gagnon, opitulante Dno Phil. Perrier, proponit ut inter 12um et 13um articulum novus articulus ponatur : "De visita-

tione monialium", ut fiat quotannis, removeat inordinationes, tueatur regularem observantiam, provideat exercitiis spiritualibus quæ exigunt sacerdotes peritos et studiose delectos.

Proponenti Dno Aylward ut amandetur ad titulum De monialibus, respondet auctor propositionis hic agi vere de officio episcopi.

Proponente Dno Gignac, consideratio rei novæ et gravis momenti remittitur ad futuram congregationem synodalem.

Reliquum caput primum nulla re mutata admittitur. Item caput II "De Metropolitanis", et primus art. capitis III : "De Vicario capitulari".

Ad numerum secundum, proponit R. Can. Roy, opem ferente Patre Le Vallois, ut post voces "præjudicium causare" addatur "Neque speciatim valet utpote a jure communi exceptus: 1. dare dimissorias litteras infra annum a die vacationis, nisi agatur de prima tonsura ; 2. neque clericis diœcesanis licentiam excundi dare ; 3. neque bona ecclesiastica vel mensæ episcopalis alienare."

Quærenti Rmo Dno Varrily utrum jure communi addatur prohibitioni quin dimissoria concedantur "nisi necessitas ecclesiæ postulet", opponunt Dnus Aem. Roy et Pater Poli, tum recurrendum esse ad indulta pontificia, et Dnus Gignac rem concludit allegando verba quibus ab ea lege non eximitur Vicarius capitularis nisi ut ordinentur "arctati ad beneficia", quod in regione Canadensi locum non habet. Et propositio Dni Roy communi consensu admittitur.

Facta prece, disceditur.

C. LECOQ,
Secretarius

S.-A. LORTIE,
Secretarius-adjunctus

[illegible]

Proponit R. Canonicus Roy ... R. D[omi]no M... ut vox "...", subrogetur ... cum hoc intervallum temporis ... dioecesis visitatio est, nec facile ... extra visitationem generalem ... communitates ... dispersae ... alter, satius esse ... episcopus ipse videret.

Pater Car... Gardner ... addit ... a D[omi]no Cagnac allatae, ... plenius commemorabat, et post ... mutationes ... non tantum confessarii, quae regula canonica est, ... [illegible]

cum visitationem ab alio fieri praeter episcopum, quandoquidem multae sunt domus in regionibus aliis etiam constantes magno religiosarum numero, quae tamen a viris ecclesiasticis solent visitari [illegible] episcopus [illegible] religiosis aliis deputat loco superiorum.

Quattuor tantum voces favent propositioni.

Capite IV "De Vicario generali", articulo 3, suggerit Dnus Germont, favente Dno Gignac, ut addatur: "Quoad ea autem quae sunt ordinis episcopalis Vicarius generalis, etiamsi esset charactere episcopali ornatus, non valet nisi speciali mandato vices episcopi gerere." Hanc additionem monet proponens defectum art. 3 supplere, in quo fit sermo de potestate jurisdictionis, non autem de potestate ordinis, de qua tamen dubitatio esse posset, cum saepe saepius sint Vicarii generales dignitate episcopali ornati.

Putant P. Columbanus Maria et Pater Poli satis fieri mentioni cum in schemate agatur tantum de potestate jurisdictionis; addente Dno Perrier exceptionibus quae rarae sunt decreta non esse conficienda, respondente Dno Germont, cum R. Dnus [illegible] acquievisset, [illegible] contra sed [illegible] codicem qui satis completus esse debeat in ordine ad usum et praxim.

Septem tantum suffragiis propositioni favent.

Proponit Dnus Gignac, favente Rmo Dno Dauth, addere fini articuli terminis: "Competens est ut delegationes ordinariis concessas exequatur, adhibere etiam potest facultates speciales habitualiter a S. Sede episcopis concessas et easdem subdelegare, dummodo in facultatibus id non prohibeatur."

Proponentibus ut voci "episcopus" substituatur "ordinarius", respondetur a Dno Vermiglio Rev. [illegible] haec desumi ex decreto S. Officii 24 novembris 1897. Quo decreto, exponit Dnus Gignac, res fuisse novatas, dum facultates quae hactenus episcopis concessae fuerant intuitu personae, conceduntur in posterum intuitu officii ordinariis locorum, ideoque extenduntur ad Vicarios generales et administratores.

Omnium consensu additio comprobatur.

Proponit Dnus Germont, favente Dno Gignac, ut ad finem capitis, sub titulo "cessatio potestatis" addatur: "Amittitur Vicarii generalis potestas vel per renuntiationem expresse aut tacite factam, vel

per temporis [illegible] ad tempus [illegible] interim,
vel tandem cessante causa, [illegible] ex causa [illegible]."

Opponit Rev. Vicarius Rev. [illegible] esse, sed causas cessationis potestatis aliorum præter vicarium generalem non necesse enumeratas, partim contradicente Dno Grandbois.

Uno tantum et viginti suffragiis propositio admittitur.

Redeuntes ad titulum "De institutione clericorum", animadvertitur a R.mo secretario Dno A. Tremblay art. primum capitis II, scilicet, "De promotione seminariis", non esse numeratum.

Monet Exmus Præses decessum a Patribus omnes notas citationis textuum S. Scripturæ ad calcem paginarum esse supponendas.

In art. II, linea 3a, vox "decessibus" substituta est voci "provisoris", et verba "ac multiplicari" deleta sunt, quo propius accederetur ad sensum Concilii Tridentini quod etiam in minore diœcesi volebat esse seminarium.

In art. III, linea 7a, deletur vox "postquam", et particula "que" voci "sæpius" additur.

Art. cæteris approbatur unanimiter.

In art. V, "De instructione religiosa et pietate fovenda", linea 11a, propositum commissionis inter vocem "exercitiis" et vocem "spiritualem" interponatur: "Præsertim frequenti vel etiam quotidiana communione."

Opponit Dnus Grandbois, favente Dno Danth, videri hoc pertinere tantum ad eos qui vocationem clericam prosequuntur, dum omnes ad talem frequentationem invitandi sunt. Monente tamen Dno Lortie posito adverbio "præsertim", propositio commissionis acceptatur.

Proponit R.mus Mar. Richard, favente R.mo Varrily, ut addatur in fine art. V: "Cavendum quoque est ut contra varias mundi illecebras et contra præsertim intemperantiæ incitamenta muniantur, nec ipsis permittatur acceptare provocationes ad ludos publicos extra ambitum seminarii."

Ratio hæc addendi est quod præmuniuntur alibi majores clerici contra intemperantiæ pericula, æqua saltem vi præmuniendos minorum seminariorum alumnos.

Apparet Exmo Præsidi propositionem constare duabus partibus conditionis imparis, et melius esse ut bifarie dispescatur: quod om-

nibus placet : et prior pars communi assensu sancitur, [illegible] muniendos alumnos contra mundi illecebras.

De altera parte notat Rmus proponens melius respon[illegible] parentum et catholicorum ædificationi, quando adolescentes [illegible] tur a periculis et mundanis concertationibus.

Quærenti R. Patri Teefy num hæc extendat Rmus [illegible] tempus feriarum sive rusticationis, quo quidam multum [illegible] sibi acquirunt arte ludorum publicorum exercenda, respon[illegible] proponens se non paratum eo usque pergere ; esse tum adol[illegible] [illegible] tutela parentum, dum studiorum tempore solo [illegible] guntur.

Impugnant propositionem Dni McNally et Poli, dicentes [illegible] virtutis adolescentium periculum esse faciendum ut ostendat [illegible] collegii repagulis egressi possint contra oblectamenta [illegible] ratione consistere ; altero, cuique episcopo permittendum [illegible] cium ferat secundum mores tam diversos in diversis partibu[illegible] is canadensis : experientia compertum esse ipsis boni[illegible] tales ludos esse utiles : firmari indolem, voluntatem mag[illegible] fieri liberam et sui compotem ; serpere humi, quando nimis [illegible] est nec quidquam adoritur extra septa ; his exercitiis crescere [illegible]

Ex adverso Rmus Dnus Mathieu existimat non tantum in [illegible] externis esse periculum intemperantiæ, sed concuti animos [illegible] perturbatione nimia, averti a studiis severioribus, ideirco a pler[illegible] collegiis talia certamina reipsa exsulare.

Addit Dnus Sabourin hæc nostra collegia non esse ipsa [illegible] naria quæ Concilium Tridentinum segregandis pueris [illegible] titui ut clerica exercitia jam prælibarent, clerico jam [illegible] rentur ; nos moneri tamen ne quid desit ecclesiasticæ [illegible] lendæ in [illegible] quæ non sunt futurorum clericorum privative pro pria ; porro veris seminariis minoribus talia certamina extra [illegible] non convenire, neque ergo nostris collegiis.

53 synodales favent propositioni Rmi Marcelli Richard, 45 adver santur.

Commissio, articulo 6, in fine sententiæ, voci "aditus" [illegible] "In qua legenda modum romanum uniformitatis causa ab [illegible] adhiberi desideramus".

Rationes affert : uniformitatem esse perutilem et perpulchr[illegible]

nullam linguam tali universalitati aptam æque cum lingua Urbis quæ orbis triumphati caput est ; eamdem denique linguam sic pronuntiatam esse linguam S. Matris Ecclesiæ et ipsius S. P[illegible].

Suadet Rmus Dnus Lindsay, favente Rmo Dno Ross, ut redeatur ad textum schematis, additione remota ; in ipsa Urbe exigi ut syllabarum quantitas observetur, [illegible] variationes suæ consuetæ pronuntiationi ; non constare apud eruditos italicam pronuntiationem simillimam esse veteri. Sed hanc rationem [illegible] Exmus Præses, [illegible] quæstionem [illegible] historicam de pronuntiatione veteri, sed practicam de modo pronuntiandi romano et de ejus convenientia ut uniformitas obtineatur.

Pergit proponens, mutatione quæ in votis est certum non esse ut uniformitas obtineatur, quum multi videantur accentum ignorare ; et tentamina non habuisse ubique felicem ex[illegible].

Videtur Patri Alexio non satis cautum ut imponatur [illegible] unitas in re quæ neque ad dogma neque ad disciplinam necessariam pertinet. Rmus Dnus Mathieu et ipse favet libertati episcoporum in ea re, notat quam difficile sit cantoribus, ne sacerdotum faciat mentionem, novam pronuntiationem addiscere ; nec fidelium interesse talem mutationem, neque sacerdotum qui iam se mutuo satis intelligere videntur

Pater Ernestus Maria rogat ut diversitati finis imponatur, quæ valde molesta est transeuntibus, exempli causa, a domo religiosa in domum ejusdem ordinis sed non ejusdem sermonis etiam in choro.

Conatus ad uniformem legendi modum quarumdam regionum aut scholarum legibus sanciti videntur afferri a diversis in utramque partem.

Favent additioni commissionis Pater Teefy, Dni Moyna, McNally, Varrily, Aylward, O'Reilly. Urgent 1. uniformitatem esse optandam ut patet exemplo conciliorum et hujus ipsius concilii ; 2. in nullam pronuntiationem nos aptius, sapientius, facilius convenire posse quam romanam, quibusdam addentibus hanc pronuntiationis unitatem magnifice respondere unitati fidei

Censet Dnus Perrier difficultati quam aliqui obtrudunt melius occurri nequire quam pergendo in conatibus quibus cedet, præsertim ope scholarum.

In imposita toti Ecclesiæ latinæ editione vaticana cantus grego-

nato, ait et Pater Poli novam rationem ut romana pronuntiatio ubique regnet, eandem enim illo [illegible] syllabas a gravibus omnino secerni, quod existimat fieri non posse neglecto illo pronuntiandi modo.

Disceptatio prorogatur in alteram diem.

C. LECOQ,
Secretarius

S. A. LORTIE,
Secretarius adjunctus

[illegible]

[illegible] R. Dni Joannis de Cruce Dorais, cancellarii [illegible] Campivallensis, orantis ut admittatur ad congregationes [illegible] Patres respondent sibi placere, et R. Dnus [illegible]

R. [illegible] Rmo Dno [illegible] pronuntiat [illegible] exempla conviventium qui diverso manent [illegible] cantur bene notando syllabam acu[illegible]

R. Dnus Walter dicit dedecere nos ut non tendamus ad unitatem [illegible] ates affectant viis sequioribu[s].

R. Dnus Sabourin distincte redigit ad certa capita rationes quae [illegible] Testatur difficultatem non ægre su[pe]rari præsertim apud juvenes ; ita assuefieri eos qui pronuntiatio[ne] [illegible] jam discedere nollent ; tali unitate faveri [illegible] versitatibus et collegiis frequentandis, quod tanto ordini[bus] [illegible] bono vertitur ; et episcopos Hiberniæ et nonnullos in Gallia pronuntiationi romanæ dedisse partes ; denique eorum qui Londinum in Anglia, Lapurdum in Gallia, densis agminibus convenerunt aures mulceri puerorum in choro vocibus romano sono ca[n]tantium.

R. Dnus Grandbois et ipse colligit argumenta in contrarium et vim sibi adversæ sententiæ elevare conatur, sive quod Ecclesia tolerat mores ritusque diversos, sive quod cantui gregoriano accentus satis est, sive quod multi ex nostris alumni artes capessent quibus exercendis hæc an illa pronuntiatio nullius erit discriminis, sive quod linguæ mortuæ, puta græca et hebraica, juxta ingenium proprium linguæ patriæ eorum qui loquuntur semper pronuntiantur, et vana fuerunt tentamina facta ad uniformitatem pronuntiationis obtinendam.

Sed jam disputationis satis est, et profitente Rmo Dno Lindsay sibi nullius legis imponendæ subiisse cogitationem, triginta septem ejusdem propositioni obsecundant, 56 refragantur.

[illegible] VII [illegible] D. [illegible]
[illegible]

In septima linea, Rmus Marcellus Richard, coadjutus a Rmo Dno Allard, post "sacramentorum administrationem" interserit : "præ[illegible] [illegible]

Placet et admittitur ea propositio.

Articulis 8 et 9 manentibus ut sunt, 10 inseritur, linea 4a : "nec non et ars tabulas accepti et expensi conficiendi (Book-keeping. Tenue des livres)", quod omnium consensu [illegible].

Proponit Rmus D. Gagnon, favente R. Dno Lortie, ut in fine tituli addatur novus articulus : "Exercitia spiritualia vulgo dicta vocationis", in hunc modum : "Tandem valde optamus ut exercitia spiritualia quæ vulgo vocationis appellantur ab alumnis peragantur antequam studia ecclesiasticorum propria, scilicet theologica, incipiant. Scopus horum exercitiorum est ut circa status electionem serio meditentur ne in re tanti momenti eos errare contingat."

Articulus, qui morem jam vigentem et probatissimum confirmat, omnium assensu admittitur.

Tituli IX "De pietate promovenda", secretarius commissionis IVæ Pater Rouleau, legit caput I "De mediis promovendæ pietatis", cujus primus articulus non mutatur.

In 2 (1a linea secundæ paginæ), delentur verba "nisi forte in ecclesia parochiali dicantur" ne quid detrimenti fiat precibus in familia offerendis. Quod placet omnibus.

Articulus 3us manet immutatus.

Articulo 4, linea 7a, post "crucifixum" additur "emblema sacratissimi cordis Jesu", propter pia promissa in gratiam ita agentium. Quod et placet omnibus.

Articulo 5, linea 6a, post vocem "fideles", adduntur verba sequentia : "ad quotidianam missæ auditionem".

Articulo 6, linea 5a expunguntur voces "sive is sit parochus sive alius ab ipso delegatus", et subrogatur a commissione : "ab Ordinario delegato".

Suadet R. Dnus Guimont, favente R. Dno Camillo Roy, ut redea

[illegible]

Obiicit Pater [illegible] Pater [illegible] Marie [illegible] peregrinationi [illegible] [illegible] maxime [illegible]

Rmus. D. [illegible] Marie [illegible] [illegible]

[illegible] et congregationibus [illegible] ad [illegible] propositionem Dni Gemmont [illegible] quadragesima [illegible] adversatos.

Proponit Rmus. Dnus [illegible], favente R. Dno [illegible] in eodem articulo, linea [illegible], post verbum "moderator" addatur [illegible], [illegible] R. Dnus O'Reilly, ne scandalum [illegible] ex peregrinationibus.

Reponit R. Pater [illegible] quaestionem [illegible], et R. Pater [illegible] satis provisum vigilantia episcopi [illegible] [illegible] propositionem [illegible]

R. Canonicus Roy, favente R. Dno Langlois, proponit ut [illegible] post verbum "[illegible]" addatur "Quo [illegible] moderatorem sacrae peregrinationis, licentia episcopali "scripto exarata" [illegible] Rmo et [illegible] episcopo [illegible] communicare posse aliis sacerdotibus [illegible] dioecesi approbatis iurisdictionem ad [illegible] et [illegible]

[illegible] facultate absolvendi [illegible] tempore et in loco ipso peregrinationis.

Ratio propositionis est duplex: 1° quo facilius peregrinantes [illegible]; 2° ne quod dubium [illegible] contra [illegible].

Verum [illegible] non propositam [illegible] Quebecensis VII et Marianopolitani [illegible].

[illegible] placet.

Placet etiam [illegible] et abstinentia [illegible] opponatur [illegible].

[illegible] Exmus Præses [illegible] ordinato [illegible] Rmi Dni [illegible] commentur et [illegible] pertinent.

[illegible] Titulum VI: De personis religiosis [illegible] Marianopolitanis [illegible] articuli [illegible] referente secretario [illegible] Le Vallée [illegible].

Articuli [illegible] novas emendationes a [illegible] propositas.

In fine articuli 71, linea [illegible], verba "[illegible] &c." [illegible] paragraphi deleta sunt, quia [illegible] referuntur quædam [illegible] nomina auctorum quorum opera religiosarum directoribus [illegible] legenda, quum multa alia etiam utilissima essent addenda.

Rmi Promotores [illegible] Præsidi subamarent paratos esse [illegible] multiplicandis congregationibus, [illegible] quum commissiones particulares jam vela [illegible] sub fine laborum.

Ulterius determinabitur.

Facta prece, disceditur.

C. LECOQ,
Secretarius.

S.-A. LORTIE,
Secretarius adjunctus.

CONGREGATIO SYNODALIS VII ANTEMERIDIANA

die 5 octobris 1909.

Post orationem factam ab Excmo Præside, legitur relatio in qua secretarius postmodum audit aliquid non verum fuisse insertum : neque enim dixisse neque existimavisse R. Patrem Columbanum Mariam peregrinationes sacras a nonnullis parochis ob negligentiam prætermitti, sed tantum esse parochos a quibus peregrinationes non fiunt.

Rmis Promotoribus instantibus petit et impetrat R. Dnus Nereus Lévêque, vicarius parochiæ vulgo dictæ Sorel, ut admittatur ad congregationes synodales et emittit coram Excmo Præside promissionem de secreto servando.

Excmus Præses animadvertit sic quidem admissis vocem consultativam non competere, officialibus autem synodi in posterum fuisse concessam.

Resumitur articulus VI, capitis II "De Monialibus", qui fuerat incudi redditus. Postulante Excmo Præside ut ex duabus emendationibus propositis una relatio contexatur, R. Pater Le Vallois secretarius proponit ut loco "dotes confessarii" scribatur : "Confessarius monialium" et ita legatur : "In unoquoque monasterio unus confessarius ordinarius, qui nullo modo sit superior domus nec in ejus administratione ullam habeat partem, eligi et deputari debet ab episcopo, et ad triennium approbari, nec ultra conservari, nisi de licentia S. Sedis et de consensu Monialium quæ capitulariter et per suffragia secreta de illo consensu interrogandæ sunt. Hæc regula valet etiam pro religiosis feminis vota simplicia emittentibus"

"Bis vel ter in anno confessarius extraordinarius concedi debet monialibus etiam votorum simplicium, et concilii desiderium est ut eadem regula observetur in favorem personarum quæ in communitatibus habitualiter degunt, in quibus unicus est confessarius cui ordinarie adiri possit"

Quoties sorores in aliqua ecclesia publica confessionem suam peragunt, apud quemcumque sacerdotem ab episcopo approbatum confiteri poterunt. Imo ubi non habetur specialis capellanus, sed tantum parochus, sorores possunt in ecclesia confiteri apud quemlibet confessarium approbatum"

"Confessarius ordinarius, expleto triennio, approbari non potest in eadem communitate religiosa tamquam extraordinarius, ad normam S. Concilii Tridentini, antequam annus ab expiratione triennii elapsus fuerit, excepto casu quo ob penuriam confessariorum episcopus aliter providere nequeat".

"In periculo mortis specialis confessarius moribundæ a superiorissa offerri debet, et quæcumque soror potest hujusmodi confessarium postulare non solum ob necessitatem, sed etiam ob profectum spiritualem. Monendæ sunt tamen subditæ se non posse extraordinarium confessarium petere nisi gravis et seria ratio hoc suadeat ; ipse confessarius, si deprehendat causam propter quam advocatur non esse probabilem, confessionem audire detrectet et salubriter pœnitentem moneat".

In No 7 supprimantur duo ultima vocabula lineæ 10, et duæ ultimæ lineæ sequentes.

Proponit Dnus L. Chartier, favente Dno Gariepy, ut sectioni "in periculo mortis" sequens substituatur : "Monentur a S. Sede Monialium superiores ne sint difficiles in concedendo confessario particulari. Eum vero petentibus nec negare, nec ullo modo petitionis rationem quærere, nec ægre se ferre petitionem demonstrent. Imo, etiamsi externa exstiterint motiva dubitandi de recta intentione sororis, nihil per se ipsas agant superiorissæ, sed totum negotium judicandum remittant ad Ordinarium qui tacere nequit sed debet abusus prompte et efficaciter removere. Tres autem recensentur casus in quibus hujusmodi confessarius ex designatis ab episcopo concedendus est : a) si Monialis graviter ægrotans in mortis periculo alium postulat ; b) si quæ confessario ordinario confiteri recuset ; c) si ex causa rationabili, v. g. consolationis vel profectus causa, alium desiderat".

"Moniales tamen monendæ sunt se non posse confessarium particularem vocare nisi in casu veræ necessitatis, ut propriæ conscientiæ consulant. Quod si confessarius deprehendat a sorore petenti sufficientem non haberi rationem, ejus confessionem non audiat sed eam suaviter sed fortiter dimittat ad confessarium ordinarium".

Advertunt Patres Le Vallois, Ernestus Maria, Poli, Gonthier, in propositione plura verbo tenus sibi mutuo non bene respondere : satis provisum generatim in decreto "Quemadmodum" quod quotan-

nis publice legitur in conventibus, etsi fatentur proposita esse substantialiter vera

Reponit proponens plura decreta constitutione "Quemadmodum" esse recentiora et clariora, tres causas legitimas advocandi confessarii extraordinarii in constitutione Benedicti XIV "Pastoralis cura", ad quam remittunt nova decreta, enumerari ex quibus emendatio commissionis duas tantum recenset ; quæ sit vera necessitas iisdem decretis minus severe explicari ad mentem S. Francisci Salesii, id est modo absit levitas aut singularis affectus.

28 tantum propositioni favent, 57 adversantur

Proponente Rev. Canonico Roy, favente Rev. Canonico Darth, additur articulus VIII : "De præparatione religiosarum ad proprium ministerium", quo Patres exhortantur ut in communitatibus quæ sive puellis docendis sive miseris adjuvandis dant operam, adsint curricula quibus religiosæ scientia et usu præparentur ad respectiva communitatum munera, ita ut in arte sua exercenda nihilo cedant feminis laicis quæ iisdem muneribus funguntur

In capite III : "De religiosis votorum simplicium", articulis 1 et 2 non mutatis, proponitur novus articulus a Rmo Patre Richard, favente Rmo Patre Ducharme, sub titulo : "Abusus vitandus" : "Non licet novitiam non professam e domo novitiatus exire ut pueris instruendis aut aliis ejusmodi operibus vacet. Rationes addendi sunt : duplicem novitiatui finem præstitui : 1. ut novitiæ oppido cognoscantur ; 2. ut discant regulam et principia vitæ spiritualis. Si durante novitiatu aliis ministeriis admoveantur, eas non satis cognosci, virtutibus forsan activis, ut nunc dicitur, multum, nimis vero passivis. Denique idem edicitur in Normis quas S. C. sequitur in approbandis novis constitutionibus.

Monent quidam ex ipsis Rmis Patribus unum quidem novitiatus annum canonicum esse et sacrosanctum cui ministeria aliena misceri non licet ; majorem esse libertatem altero vel tertio anno quo novitiæ, interdiu tantum, vacant alienis operibus etiam externis. Quæstionibus quæ ponuntur ab ipsis Rmis Patribus satisfacit Pater Richard addendo "perdurante anno novitiatus canonico"

Inquirenti R. Patre Columbano Mariæ an melius id [illegible] articulo quem nuper Rev. Canonicus Roy de præparatione ad ministerium rogavit addi, annuit quidem Pater H. Richard, sed dicit quo

minus id ageret se fuisse deterritum titulo præcedentis capitis "De monialibus", licet vere singulariter, quibus idem periculum non æque imminet.

Tandem suggerente Canonico Roy ut idem edicatur de novitiis virorum religiosorum, respondet Pater Richard propositionem desumi ex normis in approbatione religiosorum consuetis, viris autem etiam convenire. 65 favent propositioni sic completæ ; 23 adversantur.

Propositio R. Patris Poli ut in additione modo recepta, vocabulis "anno canonico novitiatus" addatur "primo", non sustinetur.

In eodem capite III, articulo 4, paragrapho b additur : "Nullus episcopus aut cujusvis loci ordinarius, nisi habita Apostolicæ Sedis per litteras licentia, novam alterutrius sexus sodalitatem non condet aut in sua diœcesi condi permittet. Hæc additio desumpta ex motu proprio SSmi DN. Pii PP. X, die 17 julii 1906, omnibus placet.

Articulus 4us sic emendatus et art. 5us recipiuntur.

Rmus Promotor Cyr. Marois submittit mutationes articulo sequenti "De relationibus inter utrumque clerum" propositas tot, tantas, tam gravis esse momenti ut 1) novum schema inde conflatur ; 2) quæri possit num utrique clero sic recusum schema profuturum sit an obfuturum. Quæri propterea a Promotoribus ut commissioni episcoporum transferatur ad novas materias : quod statim placet Rmis Patribus.

Fit reditus ad commissionis III relationem : "De variis clericorum gradibus". Commissio reformavit initium ut sequitur :

"Tot ac tanta sunt onera et sollicitudines ministerii pastoralis ut administrandis suis diœcesibus episcopi per se solos vix sint pares. Hinc ab ipso Ecclesiæ initio factum est ut institutum est Capitulum seu collegium Canonicorum, ut auxilietur episcopo in diœcesis regimine, illumque suppleat sede vacante. Quapropter hujusce concilii plenarii statuunt Patres ut nostris in regionibus nunc legi communi subjectis executioni protinus mandent quæ canonicis sanctionibus de Capitulo ecclesiæ cathedralis sapientissime habentur constituta".

"Sint ergo præ oculis illa Tridentinæ Synodi : Cum dignitates in ecclesiis, præsertim cathedralibus, ad conservandam augendamque ecclesiasticam disciplinam fuerint institutæ ut qui eas obtinerent,

pietate præcellerent, aliisque exemplo essent atque episcopo opere et officio juvarent ; merito qui ad eas vocantur tales esse debent qui suo muneri respondere possint. Cæterum ipsa S. C. de P. Fide episcopos suæ jurisdictioni subditos hortari numquam destitit ad Capitula in propriis diœcesibus erigenda".

Ratio mutationis est quod nostras diœceses jam subductas a S. C. de Prop. Fide jure communi propius accedere deceat.

Revocante Exemo Præside in memoriam propositiones offerendas esse opportuno tempore, proponit R. Dnus Guimont, favente Dno Gignac, ut in textu emendato vocibus "ab ipso Ecclesiæ initio" substituatur : "a pluribus jam sæculis", ut magis conforme cum veritate historica : quod synodalibus non placuit. Tum articulus admittitur.

In articulo II. deleta sunt verba "optandum igitur", et incipit : "In diœcesibus". Sub littera b, linea 1a et 2a, auferuntur verba "haud facile possunt", et substituitur : "nequeunt".

Articuli 3us et 4us accipiuntur immutati.

Suggerit R. Dnus Gignac, favente R. Dno Perrier, ut in art. 5, sequens legatur propositio : "Singulis saltem mensibus Capitulum convocetur pro ecclesiæ et capituli negotiis pertractandis ; frequentius, quoties ut emergentibus casibus provide consulatur necessitas suadet canonicos in capitulum vocare". Talis additio ex verbis concilii Americæ Latinæ videtur supplere aliquid oblivione prætermissum.

Opponit quidem Pater Rouleau constitutionibus aliquorum capitulorum præscribi ut canonici conveniant tantum bimestribus intervallis ad recitandam officii partem.

Addit Rmus D. Baril Instructione S. C. de Prop. Fide postulari tantum ut ter vel quater in anno conveniant canonici.

Observante Dno Perrier nihil in propositione de officio dici, propositio eadem 71 suffragia sibi vindicat.

Sub littera b, Dni Gignac et Perrier postulant ut voci "consilium" subrogetur "sententia" quæ vox latior est et comprehendit tum consensum consiliumve canonicorum, tum consilium consultorum.

50 favent, 30 refragantur.

Eamdem prorsus ob causam suggerit commissio ut voci "consilium" addatur : "Aut consensum exquirat episcopus secundum

præscriptionem juris. Ubi vero Capitulum non existit, consultorum consilium episcopus exquirat".

Articulus 7us remanet immutatus.

Articulo 8 suggerit commissio ut voci "insignibus" addatur : "choralibus" ; et in fine art. deleantur voces : "dum concionantur aliisve vacant functionibus. Quum enim hæc insignia dicantur non permitti extra propriam ecclesiam nisi collegialiter procedatur", existimavit commissio agi de insignibus choralibus tantum neque aliud ad habitum illum prælatitium quem indulta pluribus Capitulis concessere.

Denique articulo IX commissio postulavit ut canonici ad honores non a solo episcopo, sed "de consensu Capituli ab episcopo" nominarentur.

Precibus dictis, discessum est

C. LECOQ,
Secretarius.

S.-A. LORTIE,
Secretarius-adjunctus.

CONGREGATIO SYNODALIS VIII P. M.

die 5 octobris 1900

Post orationem in relatione corrigit Rmus Dnus Baril mentionem Instructionis S. C. de Prop. Fide circa Capitula, quæ tantum postulat nonnullos dies per annum quibus canonici conveniant, non autem addit : ter aut quater in anno.

Instantibus promotoribus R. D. Petrus Hebert studiorum præfectus in Seminario Quebecensi admittitur ad congregationes synodales more consueto, et instantibus judicibus excusationum et causarum permittitur Rmo Dno Abbati D. N. de Lacu ut cras absit gravis negotii causa.

Dni Varrily et Tremblay impetrant ut in capite : "De canonicis", articulo IX, linea 3a, sub littera e, post vocem "honorem" addatur : "Hi autem extra diœcesim degentes numero sint tertia parte minores canonicis titularibus". Quod desumitur ex Brevi Leonis PP. XIII, 20 januarii 1894.

In capite VI "De parochis", acceptatur art. 1us et 2us. In 3. ad finem proponunt Dni Gignac et Perrier ut vocibus "saltem summarium" substituatur "œconomicum, ad normam constitutionis *Magnopere*". Modus enim summarius procedendi præscriptus in decretali Clementis V "Dispendiosam" raro obtinet et in causis notoriis. Quando autem in causis clericorum solemnis procedendi modus non adhibetur, recurrendum ad œconomicam formam constitutione citata præscriptam, quæ ad Status Fœderatos Americæ Septentrionalis extensa est et alibi in nostro concilio petitur ad nos quoque adhiberi ; ita ut neque ex informata conscientia neque summarie puniantur rectores privatione muneris, sed juxta processum illum œconomicum. Additio placet.

Non mutatis articulis 4 et 5, 6 sub littera b additur : "et liber ille status animarum ostendatur episcopo statis temporibus, scilicet quo majori zelo describatur a parochis"

Paragraphus sub littera c proponentibus Dnis Varrily et Tremblay et perficiente uno ex Rmis Patribus ita emendatur : "Libros etiam juxta formulas in Rituali Romano vel etiam ab ordinario et lege civili præscriptos, describendi (aut ad describendum) baptizatos confirmatos, conjugatos et defunctos summa cura teneat. Ho-

rum acta statim exarentur et extemplo subscribantur &c." Placet mutatio.

Admittitur articulus VII, sed ei, sub littera nova d, additur: "Scholas puerorum frequenter visitet et pueros catechizet ad mentem litterarum Pii PP. X. *Acerbo nimis*", ne cura scholarum et catechismi etsi alibi notanda videatur eximi a specialissima cura parochorum.

Totum caput VI sic admittitur.

Reduces ad Tit. I, "De doctrinis fidei", audimus a secretario Patre Carolo Gonthier articulum I capitis VI, De Verbo incarnato, mansisse integrum; in II cogitatum fuisse num aliquid diceretur de blasphema modernistarum distinctione inter Christum quem dicunt fidei et Christum historiæ, sed expectari caput "De modernismo".

Tertio articulo titulum novum in margine appositum "Christus mediator Dei et hominum" et linea 3a verbo "Redemptor" subditum fuisse deleto fine articuli: "qui in proprio sanguine seipsum pro nobis hostiam immaculatam Patri obtulit per quem redempti sumus et reconciliati Deo, de cujus tandem plenitudine omnes nos accepimus". Verba deleta magis ad christianum quam ad ipsum Christum attinebant, atque ita habetur connexio lucida in toto capite quo Christus 1) verus Deus, 2) perfectus homo, 3) mediator Dei et hominum, 4) exemplar summum ex ordine proponitur.

In titulo articuli IV, in margine, verbum S. Pauli et Pii PP. X "instauranda" præfertur. Ordo sententiarum in corpore articuli invertitur ut doctrina prius proponatur, deinde conclusio.

In capite VI "De peccato originali et gratia", linea 1a, admittitur verbum "tenet" pro "docet", suggerente Rmo Dno Varrily.

Articulus de Immaculata Conceptione ex 2 fit 4us, ut præponatur doctrina 1) de natura, 2) de sequelis, 3) de remedio peccati originalis, et ex eodem articulo nunc 4. expungitur textus Augustini, qui virgineum Dei hominis conceptum magis respicit quam immaculatam Deiparæ conceptionem.

In articuli V titulo, additur "gratiæ Christi notio" ut abstrahatur a quæstionibus scholæ num gratia angelorum et parentum ante lapsum dicenda sit gratia Christi. Mutatur: "Hæc porro", et in linea 7a restituitur textus Petri "divinæ consortes naturæ". Tum ipse articulus digeritur in tres partes quarum prima usque ad lineam

nonam (vocem salvi) laudat gratiam in genere ; secunda a linea 9a ad 11am "necessaria sit", gratiam actualem describit ; tertia ad finem, gratiam sanctificantem. Tandem linea 12a, post "sacramentis" additur : "oratione et aliis piis operibus"

Tit. XI. De sacramentis. C. II, de Baptismo

Intacto proemio, proponit commissio ut materiam baptismi exhibeatur non uno casu sed tribus consuetis casibus adhibenda : 1) ut aqua quæ in solemni baptismi administratione adhibetur sit eodem anno benedicta in Sabbato Sancto Paschatis vel Sabbato Pentecostes ; 2) ut quum difficile sit aquam ex fonte desumere et secum ferre s[upp]licatur ut Ordinarii locorum habeant a S. Sede licentiam concedendi parochis et missionariis facultatem benedicendi aquam baptismalem minori formula Pauli III ; 3) denique ut si adsit gravis necessitas, liceat uti sola aqua benedicta, deficiente aqua baptismali, deficiente sancto oleo. Hæc omnia placent.

Recepto articulo II, tertio titulus præponitur : "Instruendi qui artem obstetriciam agunt".

Articulo 4, paragraphus *a* præmittitur.

"Quum omnis embryo anima rationali polleat juxta probabilem (sic dicitur ne sperni videatur sententia Sti Thomæ, Catechismi romani, aliorum) sententiam statim ac fecundatio peracta fuit, omnis fœtus abortivus est baptizandus saltem sub conditione, nisi certe constet eum jam mortuum esse, aut acardiacum, aut expulsum esse molam (vel involucrum) tantum". Placet.

Sub littera nunc b, linea 2a, voci "fœtus" additur "quilibet", et articulus totus admittitur.

In articulo V, linea 10a, "et inventi" additur : "qui schedulam authenticam baptismi exhibere non valent", ut obviam eatur magnis anxietatibus.

In articuli VI, linea 3a, Dnus Varrily impetrat ut voci "protestantes" subrogetur "acatholici", frustra observante Dno Thompson et Græcos schismaticos esse acatholicos. 42 favent emendationi, 37 obstant.

Articulo VII, titulus præponitur : "Pueri infidelium et acatholicorum" ; et linea 4a, post "periculum fidei" additur : "Sciant omnes in periculo mortis quotiescumque occasio se obtulerit infantes baptizare (se) non solum posse, sed etiam debere"

Articulo VIII, linea 2a, post "tutorumve" additur : "infidelium et acatholicorum". Octavus sic emendatus et nonus articuli admittuntur. Sed suggerit commissio ut postuletur a S. Sede facultas adhibendi facilius formulam brevem in baptizandis adultis, tum quia longior formula privato baptismo minus forte convenit, tum quia conversi quidam non libenter eam accipiunt, tum qua difficile usurpatur quando plures adulti baptizantur simul. Oraretur ut "justis de causis" in adulto substitueretur clausulæ "ob graves causas"

Proponunt Pater Poli et Rmus D. Allard ut hic condatur novus articulus : "Filii familias parentum catholicorum quidem sed ad diversos ritus pertinentium, veluti ruthenum, generatim loquendo baptizari et educari debent in ritu patris." Quod responsum est a Card. Præfecto S. C. de Prop. Fide, 1894.

Proponit Dnus Varrily ut quæstio prorogetur ad tempus quo decretum pro Fœderatis Statibus examinabitur hic recipiendum.

Pater Gonthier animadvertit forsan hic confundi ritum presbyteri latini baptizantis cum ritu quem per vitam baptizatus sit observaturus, et monente uno ex Rmis Patribus presbyterum latinum semper baptizare ritu latino, ruthenum semper ritu rutheno, filium autem patris rutheni etiam a presbytero latino baptizatum manere ruthenum. Propositio non sustinetur.

Excmus Præses declarat congregationes synodales habitum iri nunc singulis diebus, excepta dominica et feria V.

Factis precibus, discedunt omnes.

C. LECOQ,
Secretarius.

S. A. LORTIE,
Secretarius-adjunctus.

Resumpto schemate [illegible] articulo X "De patrinis [illegible] attinet assistere [illegible] quo expresse moneri debe[illegible] ceantur [illegible]

Hæc fundantur in decreto S. C. [illegible] casum his in regionibus satis [illegible] ritatem placere itaque esse et [illegible] "mos est ut patrini [illegible] attamen non contrahant &c." [illegible] minime vituperanda.

Assentit secretarius Dns Hartigan et [illegible] articulo X, linea 3a, vox "baptizan[illegible]" [illegible] zati".

In titulo articuli XI legitur "[illegible]" [illegible] post "mentione facta" inseritur "de die nativitatis" [illegible] in regestis civilibus ut innotescat ætas quæ computatur a die nativitatis non a die baptismi.

In articulo XII, 2a linea, post verbum "[illegible]" [illegible] praxis pluries a S. R. Congregatione et a S. C. Concilii tanquam abusus damnata fuit", et indicantur decreta [illegible] sistatur. Linea 3a, post vocem "baptisterio" [illegible] autem parochi ne baptisterium [illegible] ut sic removeatur timor damni pro infantibus baptizandis."

Hæc omnia placent.

Proponunt Dni Varrily et Lortie ut [illegible] XII [illegible] "In domibus vero seu locis privatis ubi [illegible] sione missionis solet celebrari liceat baptizare [illegible] bus cæremoniis et mulieres post partum benedicere."

Ratio est consuetudo, necessitas [illegible] dilationi baptizandi exponantur. Verum [illegible] pi necessitatis casum. Sed indigitat Pater Gauthier [illegible] tate omitti cæremonias quæ fiunt in domibus ecclesiæ [illegible] æquiparatis. Pater Leduc testatur [illegible]

occidentalibus tractibus. Hæ domus, ait Rmus Dnus Baril, jam privatæ non sunt, et inquirit Pater Grenier an distinguendum sit inter domos ubi soleat missa offerri, domos ubi offeratur per accidens.

Propositio ingenti suffragiorum numero comprobatur.

Reliquum caput et tres primi articuli capitis III "De confirmatione" recipiuntur ut sunt, quum nimis sero Dni Gagnon et Langlois proponerunt ut articuli 31 lineæ 2æ insereretur post "vicarii" "vel sacerdotis idonei".

Additur in fine articuli IV : "et insuper elenchus eorumdem a parocho subsignatus ad archivia diœcesis mittatur".

In articulo V, linea 9a, secundum voces : "Marito et uxore", addit commissio : "excepto casu necessitatis ab episcopo judicandæ, non est probandus usus ut unus vir pro maribus et una mulier pro feminis deputetur omnibus ad patrini matrinæve munus obeundum". Quod nititur in decretis S. Officii 28 novembris 1873, 16 junii 1884.

Pergitur : "Deputari autem possunt duo procuratores mas et femina vices gerentes patrinorum et matrinarum singulis confirmandis assignatorum".

Cui emendationi Dni Varrily et Daly substitui cupiunt : "Confirmandi vero habebunt patrinos singuli singulos. Si autem hoc fieri non possit, saltem duo pro pueris patrini, duæ pro puellis matrinæ adhibeantur". Hæc formula brevior ex concilio Baltimorensi II decerpta est.

Jam tres modi, mox advertit Canonicus Roy, in conspectu habentur : 1. ut patrini adsint singuli singulis ; 2. quoniam id est sæpe nimis difficile, ut duo patrini pro omnibus pueris, duæ matrinæ pro omnibus puellis spondeant ; 3. ut singuli quidem patrini singulis pueris eligantur ; verum in ipsa confirmatione repræsententur ab uno procuratore pro omnibus maribus, una pro feminis. Duo ultimi modi in statera jam sunt.

Secundus multis arridet. Probatus est in concilio Baltimorensi et habet pro se alias auctoritates. Removet difficultatem quæ videtur inhærere designandis procuratoribus, de quibus nusquam tractatur in decretis, et ambigitur quænam designatio expressa aut tacita valeat.

Tertius modus admissus in concilio Marianopolitano servat jus commune dum singuli singulis patrini assignantur quorum nomina

[illegible] ... contrahunt.

Explicant Rmus Promotor O. Gagnon et C[illegible] ... nominari posse procuratores ut amoveatur quod timet Par[illegible] ... procuratorem electum a patr[illegible] ... Propositio Dni Varrily non sustinetur.

Dni Gagnon et Lortie propo[illegible] ... procuratores", interseratur "quocumque modo a pat[illegible] ... removeatur anxietas conscientiæ quæ a[illegible] ...

Monemur, ex manuali conc[illegible] et decisis, omnes teneri ad suffragium ferendum. Centum et unus adsunt; 54 propositi[illegible] favent.

Articulus 6us et 7us admittuntur.

Titulo IX "De pietate promovenda", capite II "De votis [illegible] pandis", Pater Rouleau secretarius commissionis IVæ, le[illegible] tota et admissis articulis 1. et 2., in 3. nomine commissioni[illegible] ut legatur: "quia autem hoc perjurii scelus valde nefandum [illegible] ... aliis vocibus quibus innuitur augeri [illegible] ... Placet.

Articulis sequentibus item admissis, ad 12um, linea 1a, proponunt Dni Varrily et Lortie ut post "locationem" ponatur "aut venditionem".

Disputatur in utramque partem, quibusdam sustinentibus venditionem non esse minus scelestam quam locationem, etsi minus frequentem. Frequentia autem, aliis, causa reservationis infligendæ, aliis moderandæ videtur.

Proponitur ut deleantur verba "sive propriæ sive alienæ", ut iis substituantur "aut venditionem sive per proprietarium sive per alium".

Proponitur etiam ut tollatur reservatio locationis, quo magis comprehensiva forma plura delicta non reservata severius condemnentur et quod reservatio non ejusdem sit efficaciæ in tota regione canadensi.

Denique textus schematis, sublata propositione, rejecta altera, remanet intactus, ut videtur sequentes ob causas : 1. reservationes nunc non esse multiplicandas, quæ non ratione censuræ sed ratione

[illegible]is peccati mitigantur. Censuris enim [illegible] absolvendi [illegible] S. Sedis et reservationes simplices majori [illegible] tollentur; 2) additiones propositae diutius essent trutina perpendendae [illegible] dubiis, ne implicent eos qui venderent aliorum nomine [illegible] affectos; 3) ex adverso reservationes iam inscriptae tollendae non sunt quia vel inter protestantes compescunt catholicos, impediunt quin confessarii obliviscantur interrogationis de peccatis minus frequentibus.

Articuli 14us et 15us acceptantur, et dicti preculae [illegible] imponi [illegible] congregationi.

C. LECOQ,
Secretarius.

S. A. LORTIE,
Secretarius adjunctus.

CONGREGATIO SYNODALIS X

die 8 oct. 1909

Adsunt synodales 90.

In titulo IX : "De promovenda pietate", caput II ab articulo 16 ad finem admittitur sine emendatione, nisi quod in fine sectionis 2æ vox "choreæ promiscuæ" et anglice et gallice redditur ; et in articulo 18, sub littera a), additur, proponentibus Rmis Canonico Roy et Roch. "sive in locis rusticationis", propter mores a pristina severitate degeneres et insidias proinde puellarum virtuti paratas.

Initium capitis : "De ebrietate" insinuabat ingravescere intemperantiæ labem : quod quum beneficio Dei Optimi Maximi ampliusverum non est, ita emendatur : "Neminem latet fœdissimum ebrietatis vitium esse ad ruinam". Placet mutatio.

Correctis duobus mendis, proponitur a Dno Varrily, annuente P. Doertler, ut in articulo VIII, linea 5a, addatur "anti-treating league", id est : Fœdus spondentium nullum a se potum inebriantem ultro citro datum acceptum iri. Opem ferunt Dni McCann, McNally, O'Reilly et alii : tali fœdere, juvenes præsertim, melius sæpe defendi quam promissa temperantia sine limite : respectum enim quem dicunt humanum efficacissimum esse ad eos pessumdandos qui consociatione validius superatur.

Refragatur Dnus Cloutier et alii qui putant enumeratas sodalitates plane sufficere. Magnam anxietatem produnt Pater Grenier et Canonicus Roy ne tali fœderi misceantur acatholici, quibusdam notantibus sodalitates de quibus agitur in schemate et religiosas esse et ditari benedictionibus pontificiis.

Suggerit Pater Teefy ne restringatur ad arctum indicem numerus societatum laudatarum et memoriam Patris Matthæi, O. P., cujus operis fructus adhuc manet splendide commendat : cui adstipulatur Rmus Dnus Mathieu proponendo ut addatur vocibus "sacra sitis", "vel altero nomine veniant", et omnem ambiguitatem radicitus præcidit Illmus et R. Archiepiscopus Marianopolitanus addendo "dummodo solis catholicis constent" ; quod placet omnibus.

Secretarius commissionis V, Pater LeVallois, legit in titulo 8. "De christiana eruditione populi", caput I : "De catechismo, cujus tres primi articuli non emendantur.

Ad IV. Dni Guimont et Camillus Roy rogant addi articulum sub titulo : "Persona catechizanda". Duæ primæ sententiæ pluribus videntur alibi satis expressæ, nec placet Dno Grandbois, nec aliis, mentio de regionibus ruralibus. Secretarius acceptaret sententiam tertiam "Studeant ut SSma Eucharistia jam refecti saltem per biennium catechisticis concionibus intersint", quæ sententia commendat catechismum perseverantium. Timet Pater Connolly ne sententia hæc limitet catechismum ad duodecim annorum pueros, quum sint qui duodecim annos nati incipiant tantum religionem edoceri. Respondetur provideri voce "saltem" per biennium ; sed tota additio quinque tantum habet sibi faventes.

Reliqui articuli perleguntur et placent, donec in fine 5i a P. Doerfler, annuente Dno Varrily, proponitur addendum "et modicissimo pretio", ne accidat quod alibi accidit pretium libelli novies aut decies avaritia editorum majus æquo fieri. Modus providendi erit editor eligatur qui minimum pretium exigat nisi alia via Rmis Episcopis magis placuerit. Approbatur a plerisque.

Proponentibus Rmis Lindsay et Perrier in eodem articulo V voci "gallicam" additur "sive germanicam sive alia lingua apud catholicos in ditione canadensi usitata".

E puncto adjectivo nomine "ruralibus" ex titulo articuli VI, reliquum caput admittitur. Cui commissio cupit addi : "Unde hujus concilii desiderium est ut in illis præsertim regionibus ubi institutio præceptorum e manibus Ecclesiæ erepta est, sacrorum antistites vel per se vel per commissionem diœcesanam ad hunc finem constituendam diligenter vigilent ne utriusque sexus præceptores ad munus catechizandi pueros admittantur nisi constet ipsos ad tale munus esse idoneos".

Rmi Dni Langis et Dugal petunt ut additio deleatur ne nimis negotii Rmis Epicopis facessat dum pertinet ad parochos ut scholis invigilent et præceptoribus. Plures in eam sententiam eunt. Sed Pater Doerfler enarrat esse loca ubi quindecim aut viginti scholæ ab uno rectore invisi vix possint ; eligi præceptores a viris quibus nimis sæpe satis sit eligendum esse baptismo et nominetenus catholicum ; pertinere ad episcopum tamquam rectorum pastorem ut vel diplomate schola ut dicunt normali catholica emisso aut probo examine cognoscat præceptorem eligendum vere aptum esse catechismo docendo, quod additione proposita sancitur.

Admonente Dno Lindsay haec rerum adjuncta et discrimina tam gravia esse ut additionem faciant necessariam, 12 tantum propositioni suffragantur.

Frustra petunt Dnus Varrily et P. Doerfler ut addatur : "Ubi Encyclica "Acerbo nimis" non potest ad litteram in praxim deduci indultum quoad modum et tempus docendi a S. Sede petatur". (Quod egerunt Episcopi Hiberniae). Quatuor tantum obsecundant.

In capite II : "De prædicatione", primis tribus articulis receptis, IV postulant addi Dnus Varrily et P. Doertler post verba "consequi valeat", in linea 7a : "In concionibus verba S. Scripturæ debent accurate citari ex Vulgata editione si latine, ex versione approbata si in lingua vulgari". Enarrat Dnus Tracey nonnunquam in concionibus atque etiam in piis libris protestanticam versionem adduci regis Jacobi dictam. Dnus O'Reilly dolet accuratius aliquando citari verba sacra a protestantibus quam a catholicis. Objicit Dnus Casey vix ullam versionem anglice, gallice factam posse dici vere approbatam. Sed Duacensis re et usu firmatur.

Vellet Pater Connolly distingui inter citationem propriam verbatim afferendam et sensum tantum modo latius relatum, quod Dnus Grandbois satis consuetum S. Paulo affirmat. Viginti tantum voces propositioni favent.

Commissio correxit finem articuli V, linea 12a, sic : "præsertim juniores vel ex integro scribere, vel saltem delineare".

Articulo VI recepto, septimi quintæ lineæ additur voci "adstantium" "vel absentium", quia non minus juris ad honorem famamque habent quam adstantes.

Animadvertitur postea ostendendum esse dispositione commatum inversorum haec non reperiri in Baltimorensi concilio quod ibi citabatur, sed verbis citatis interseri.

Reliquum caput II acceptatum est, et ad III sistitur.

C. LECOQ,
Secretarius

S.-A. LORTIE,
Secretarius-adjunctus

CONGREGATIO SYNADOLIS XI

die 9 octobris 1909.

Adsunt synodales 98.

In titulo "De christiana eruditione populi", capite III "De missionibus ad populum", stante art. I ut est, mutat commissio in linea 5 articuli II, vocem "loci" in vocem "parochiæ", ne censeatur suaderi presbyteris totius alicujus oppidi aut civitatis ut tempore missionum abstineant a confessionibus audiendis.

In art. III, prima sententia sectionis I, secundæ sectioni præponitur, exigente nexu logico, et articulus jam incipit : "In eo toti sint missionarii....."

Sub sectione d, post vocem "dempta", Rmi Dni Varrily et Gauvreau adjici cupiunt "præter expensas si Ordinarii judicio necessarium sit". Hoc aliquo concilio jam decretum est et juste succurrit inopibus rectoribus qui possunt gravari sumptibus missionum. 72 synodales annuunt.

Nulla mutatione facta in ultimo articulo, transimus ad titulum XI, "De sacramentis", caput IV : "De SSmæ Eucharistiæ sacramento". Exponit Rev. secretarius commissionis IVæ necesse visum ut partim reformaretur articulus quo plenius consentiret cum decreto : Sacra Tridentina synodus, 16 dec. 1905. Itaque servato proemio, primus articulus ab integro conflatus est ex substantia dicti decreti, additis illis decretis recentioribus quæ reprobant abusum prohibentium pueros jam ad sacram mensam admissos a frequenti communione et quæ viam sternunt ægrotis ut divino pabulo sæpius reficiantur. Jam, mutatis ut oportebat numeris et litteris sectionum signis, articulum I "De communione frequenti", sequuntur articuli quatuor :

1) De communione paschali,
2) De viatico,
3) De præparatione ad communionem, et gratiarum actione,
4) De administratione sacramenti.

In art. nunc secundo, De communione paschali, sub littera b, tertia linea, post "sumpserint" additur "aut servare jejunium naturale non valeant" cum pluribus theologis quorum sententiæ non parum roboris addidere recentiora decreta de communione infirmorum.

Eraditur sub littera c mentio confessionis annuæ quæ et aliena est

a sequenti capitis et tempori paschali nullo præcepto alligatur. Proponunt R. Patres Pohl et Leduc ut articulo nunc 2. præmittantur verba Concilii Lateranensis IV, et vocibus "omnes fideles" addatur "etiam pueri qui ad annos discretionis pervenerint", ut anno quo pueri præparantur ad primam communionem ante elapsum tempus paschale communicent.

Suggerenti Patri Gonthier ut propositio scindatur in duas et suggerenti Rev. Secretario ut quæstio De prima communione differatur ad suum tempus et proprium locum, assentit Rev. proponens, sed et prima pars propositionis quæ monente Patre Ernesto Maria cogeret ad reformandum schema non sustinetur.

Titulo "infirmi sæpius" substituitur "Viaticum", et in sectione 1a, linea 7a, deletur "quia" ; at linea 9a additur : "quinimo infirmi singulis diebus sacra communione refici possunt, licet bene valentes rarius communicassent", ne numerus communionum in infirmitate mensuretur consuetudine bene valentium.

In sectione d, linea 3a, "ab alio sacerdote" additur : "Salvo tamen jure pœnitentium quoad confessionem".

Articuli nunc IV, titulo additur "et gratiarum actio". Visum enim est aliquid addere de gratiarum actione et illud desumere ex decreto "Sacra Tridentina Synodus".

Articulo nunc V, post servatas voces "SSma Eucharistia licet convenientius intra missam administretur", docetur ob rationabilem causam, ut est pium fidelium desiderium, sacram communionem dari non tantum posse sed debere ante missam, post missam, extra missam, modo non excedatur tempus quo celebrare liceat ; item ut quando defertur SSma Eucharistia extra ecclesiam Rituali Romano mos geratur, adsit saltem unus comes quoad fieri possit ; Misereatur et Indulgentiam ex decreto satis recenti 16 nov. 1906 dicatur in singulari. Hæc omnia approbantur.

In titulo : "De clericorum institutione", in cap. "De seminariis majoribus", paucissima mutantur, scilicet : ut in fine articuli 1 "formandi" legatur loco "instituendi ; ut in articulo 2, linea 6a, pro "Volumus tamen" legatur : "In votis tamen est" ; ut in articulo 4, linea 6a, loco "consueti patrimonii" legatur "congruentis".

Vellent Dni Varrily et Piette ut loco "cursus classici", linea 2a articuli IV, legatur "scientiæ et litterarum curriculum" in quo lin-

guæ latinæ studium includunt. Quum tamen id Dno Saborrin neque aliis non videtur satis expressum, recolente Patre Carolo Gonthier vetari quin familiæ religiosæ ad studia ecclesiastica quempiam admittant nisi perfectis studiis classicis, schema remanet intactum.

In eodem articulo 8., linea 9a, post "ad rectam" additur commissio : "sacramentorum, præsertim Pœnitentiæ, administrationem".

Articulo XI additur : "Quod juramentum (scilicet tituli missionis) ordinandis sub novo titulo servitii ecclesiæ non imponatur".

Articuli XIV, linea 7a, obtinet Dnus Garvey adjuvantibus a Patre Lebrun ut strictius dicatur : Præcipimus etiam parocho loci ubi degunt (alumni vocationis tempore) ut eis invigilet et testimoniales litteras (Dni Lecoq et Lortie impetrant ut addatur "clausas") mittat in quibus referat, onerata sua conscientia" ex Conc. Plen. Baltim. III, ne leviter scribantur litteræ tam graves, et suadentibus Patre Teefy et Canonico Roy in fine additur "Nec licet alumnis tempore vacationis exercere labores mundanos propter lucrum nisi scripto præhabita permissione episcopi", ut nec necessario interdum quæstui omnis via præcludatur, nec profanis artibus aut famulatu in publicis diversoriis navigiisque damnum immineat eorum vocationi, quod nimis sæpe recenter accidit. Hæc omnia placent.

Admittitur caput IV : "De studio S. Scripturæ" ; V : "De fovendis seminariis", uno mendo correcto. Reformatur articulus 3us capitis VII : "De collationibus theologicis", ita ut 1) unusquisque præparet solutionem quæstionum quam qui non adsint scriptam mittant ad secretarium ; ut 2) sorte eligatur qui sit expositurus materiam discutiendam ; ut 3) summarium cum responsis per litteras scriptis mittatur ad Ordinarium. Spes est ut obtineantur tria illa quæ in votis erant : præsentia plerorumque, præparatio omnium, et superiorum vigilantia. Hæc omnia placent quemadmodum et caput De collegio canadensi, in cujus tertio articulo, ultima linea, voci "cleri" additur "nec non et laicorum".

Gratiis et laudibus quibus sodalitas a Sto Sulpitio, hujus collegii auctrix, in eodem capite honoratur novos grates novas laudes addere dignatur maximo ex animo benevolentia Illmi et Rmi Archiepi Quebecen. cui circumstantium cœtum plausu respondere juvat.

Reducibus ad titulum VIII : "De christiana eruditione populi", Rev. Secretarius proponit ut caput IV & caput V immutata maneant,

nisi quod in fine articuli III, capite V, additur : "diligenter monendos esse fideles se non posse servare libros de rebus sacris approbatione carentes"

Sistitur postquam deventum est ad caput VI

C. LECOQ,
Secretarius.

S.-A. LORTIE,
Secretarius-adjunctus.

CONGREGATIO SYNODALIS XII

die 11 oct. 1909.

Caput VIum tituli "De christiana eruditione populi", "De precum libris et libellis", admittitur cum paucis emendationibus a commissione propositis, videlicet : ut litaniæ SSmi Joseph recens approbatæ post Lauretanas commendentur ; ut sectioni *c* articuli IV addatur cautio ne cantica lingua vernacula canantur in ecclesiis quæ non sunt approbata ab episcopo.

Excmus concilii Præses rogat ut proponentes emendationem indicationibus jam consuetis addant titulum articuli cujus emendatio suadetur.

Caput VII "De purgatorio", in titulo I, mavult commissio VII ut loco moveatur, succedat capiti VIII "De novissimis", aptius jungendum cum sequenti capite "De indulgentiis".

In articulo I : "Ecclesiæ triplex status", linea 3a, "cœlum legitur pro "regnum cœlorum" quod sæpe in sacro eloquio regnum cœlorum præsentis temporis ecclesia dicitur.

Linea 5a, pro "eædem" legitur clarius : "Tres illæ partes".

In articulo II : "Status medius", linea 2a, pro "locum" legitur "statum medium".

Articulo III : "Suffragia pro defunctis", linea 3a, additur "et communionem offerre" eo quod hoc pium opus est pud nos gratia Dei frequens, illo fideles accenduntur ad communionem frequentiorem, est in se commendabile ; nec tantum in catechismo trium provinciarum Quebecen., Ottawien. et Marianopolitan. laudatum est sed a Leone PP. XIII litteris datis occasione quinquagesimi anni sacerdotii inscriptum est inter modos juvandi animas in purgatorio detentas.

In capite "De novissimis", articulo III : "De inferno", linea 5a, additur "reali" contra eos qui metaphoricum esse ignem inferni effutiunt, et indicatur in nota responsum S. Pœnitentiariæ 30 aprilis 1890.

Articulus IV : "De cœlo", non nominabat visionem intuitivam ipsum fontem beatitudinis. Lineæ 5æ additur : "In qua Deum facie ad faciem contemplantes similes ei erimus quia videbimus eum sicuti est", remittendo ad Joannem et Paulum.

In capite IX "De indulgentiis", ex articulo I : "Natura indulgentiarum", deletur "per sacramenti virtutem", ne ab indulgentia lucranda certo videatur excludi justificatus ante absolutionem.

Linea 7a, deletur "et pœnam æternam", minus usitatum in indultis.

Linea 8a, inter "a superiore" et "concessa" additur : "Extra sacramentum Pœnitentiæ".

In articulo II : "Indulgentiarum veritas" deletur, linea 5a, "secundum certa vivis præscripta opera", tum quo utrumque incisum vel per modum juridicæ absolutionis pro vivis, vel per modum suffragii pro defunctis, alterum alteri melius respondeat : tum ne insinuari putetur talia opera lucrandæ indulgentiæ pro defunctis solummodo exigi.

Titulo III : "De variis clericorum gradibus", caput VII : "De vicariis parochorum", recipitur.

In VIII : "De sacerdotibus infirmis", articulo 2. : "Media adhibenda", sectione a, linea 1a, post "ad missionis" additur "vel ad titulum servitii ecclesiæ", et linea 3a "ex missione vel ecclesia".

Littera c, ad "caisses de retraite", additur "infirm priests' fund". In 4a linea "sive patrimonii sive missionis", additur "sive servitii Ecclesiæ". 5a linea deletur "pro rata salarii vel beneficii reddituum" et substituitur : "statutam" : "dummodo taxam statutam solvat", ut unaquæque diœcesis servat sua statuta

In capite IX : "De sacerdotibus peregrinis", articulo I : "Litteræ Ordinarii", linea 3a, legitur : "a suo Ordinario (non episcopo) debent habere litteras" ; et linea 6a articuli II, "exhibendæ Ordinario" loco "semel tantum" legitur "bis aut ter", quum aliquando ipso die ad Ordinarium recurri non possit.

In capite X, articulo I : "admonendi—puniendi", linea 6a, post "suspendant" additur : "juxta sacros canones", et pergitur : "et caritate non omissa salutari pœna plectant".

In articulo II : "Dimissorum sustentatio", secunda linea, post "functionibus" additur : "prævio processu œconomico" ad tenorem constitutionis "Quum magnopere" (collato responso S. C. Prop. Fide 28 martii 1887), ut lapsus sustentatione non privetur arbitrio, nec informata conscientia, nec summarie, sed per processum œconomicum jam alibi requisitum ut reus munere privetur

Sectio b tota eraditur, et ejus loco ponitur sectio *a* novi articuli cui titulus : "Ipsorum emendatio". Ratio est quod experientia dubium injecit num aliter lapsi sacerdotes ad domos communes etiam religiosas ibi simul mansuri mitterentur nisi cautiones adhiberentur diligentius connotandæ. Quare novus articulus inprimis et characterem sacerdotis etiam lapsi et præstantiam zeli quo reducitur ad ovile extollit. Tum primo suadet ut exercitia spiritualia in domo religiosa lapsus peragat ; 2. ut committatur fratri sacerdoti tanta fiducia digno, vel prudenter adjungatur sacerdotibus infirmis aut senibus conviventibus ; optando simul ut talis convictus hic ut alibi congregationi religiosæ credatur. Memorat spem emendationis apud lapsos exclusive cum lapsis coactos esse modicam, et reverenter proponit ut episcopi eximium sacerdotem inveniant cui fraterna lapsorum cura amici animo habenda committatur.

Sectio olim c nunc b manet integra.

A capite XI, quod manet cœteroquin intactum, ultimæ duæ lineæ expunguntur, quia putat commissio exercitia spiritualia etiam in communi habita a synodo diœcesana nimis discrepare.

In capitis XII articulo 2. : "Diœceses se mutuo adjuvent", linea 1a dicitur : "cupimus" pro "optamus", ut linea 4a "optandum" substituatur verbo "necesse est" ; scilicet ea linea deletur : "ad tempus etiam longius", et post "concedant" legitur : "Si mora longior evadat optandum est".

Proposuerunt canonicus Roy et Dnus Lortie incardinationem propemodum ultroneam postquam presbyter alienus in aliena diœcesi tres aut quinque ad summum annos manserit, propter incommoda quæ premunt episcopum et presbyterum quando hic post multum temporis redit in diœcesim pristinam. Sed quum, advertente Patre Gonthier, incardinatio præsumpta suppressa fuerit in Fœderatis Statibus post novas incardinationis regulas præscriptas a S. Cong. Concilii 20 julii 1898, quæstio remittitur ad commissonem quæ etiam investigabit utrum in articulo 3. "excardinationis modus" littera c. pro "expleta probatione" legendum sit : "antequam probatio fuerit expleta", ut vellet P. Gonthier, ne presbyter maneat quasi extorris inter ambas diœceses, an schema cum Patre Columbano Maria servaturi simus ut est.

Interim fit reditus ad titulum "De cultu", caput III : "De missa".

quod acceptatur. Rejicitur propositio commissionis ut in fine capitis introducatur quæstio de uniformitate stipendii missæ ; talis enim quæstio alibi redibit ; et mutantur verba articuli X ut omnis amoveatur æquivocationis occasio, sensu manente eodem

Proponitur a Patre Gonthier, favente Dno Lortie, ut Concilium supplicet SSmo ad obtinendam facultatem celebrandi tres missas die Commemorationis omnium defunctorum jam concessam Hispaniæ et recentius Americæ Latinæ.

Favent RR. DD. Doertler, Leduc, Ernestus Maria, alii plures, jampridem preces a multis episcopis S. Sedi porrectas, favere Emin. Card., nec valde metuendum aiunt nimium in confessionibus audiendis laborem qui obstaret multitudini communionum præcedente jam die de præcepto.

Duo saltem volebant aliquid proponere quando venit hora discedendi.

C. LECOQ,
Secretarius

S.-A. LORTIE,
Secretarius-adjunctus

CONGREGATIO SYNODALIS XIII

die 12 oct. 1909

Exmus Concilii Præses monet articulum "De excardinatione et incardinatione clericorum" esse tractandum in proxima congregatione synodali subsequente. Rogat ad [illegible] commissionem ut omnes propositiones et emendationes tradantur secretario.

Propositioni de tribus missis die 2a novembris obstant Dni Varrily, McNally, Moyna, McCann : 1) Inducerct propositio renovationem quo tempore magis accedendum sit ad unitatem et jus commune ; 2) derogaret a privilegio unico diei natalitiæ Domini ; 3) devotio pro fidelibus in purgatorio non ad unum diem sed ad totum annum debet extendi et solemnitati diei unica forsan missa aptior est ; 4) difficultati in confessionibus audiendis, quæ non potest negari, accedit difficultas convocandæ multitudinis fidelium die non de præcepto ; 5) denique timetur hodiedum quod a Pontificibus timebatur qui missam unam quotidie a singulis presbyteris regulariter dici jusserint, ne scilicet properantes pro stipendiis minus pie dignéque celebrarent.

Optat obiter Rmus D. McCann ut multiplicentur, præsertim mense novembri, dies quibus liceat celebrare cum ornamentis nigris.

Rdus Proponens immorari non vult, sed existimat satisfieri posse objectis si perpendatur facultatem rogari non obligationem imponi et magni commodi populo esse, si, etiam ubi unus sit presbyter, mane in privata missa detur communio, postea solemnior missa cantetur.

Quinquaginta tres favent propositioni.

De cultu SSmi Sacramenti, in fine articuli I "SSmum Sacramentum asservandum", jubetur a commissione ut, hora convenienti secundum circumstantias, claudatur janua ecclesiarum ubi servatur Venerabile. Ecclesiis parochialibus in quibus asservanda est divina Eucharistia et ecclesiæ Regularium adduntur, proponente Dno Gagnac annuente Patre Dozois, "secundum jus commune".

In articulo II, sectionem a "De tabernaculo", paululum reformant claritatis causa Dni Gagnon et Filion : et sub littera d Dni Gagnon et Lortie pyxidem constare docent regulariter ex argento intus deaurato, secundum Cæremoniale Episcoporum.

In articulo IV explicat commissio lumina non ponenda super altari a mensa tantum altaris excludi

In capite V "De cultu Sacratissimi Cordis", articulo II, linea 2a, post "promoveant" ita legitur : "præsertim per totum mensem junii" Postea "Etsi quotidiana communio sit jam omnibus commendata, speciatim tamen ad communionem sacramentalem fideles adhortandi sunt...." et pergitur : "Qua die, scilicet feria VI prima in mense, ubi nihil obstet, fidelium adorationi SSmum Sacramentum erit exponendum"

Frustra Dni Varrily et Tremblay nituntur ut missa votiva SSmi Cordis eadem feria VI prima in mense præscribatur positis ponendis.

Additio de commendanda consuetudine gerendi emblematis divini Cordis acceptatur post aliquam controversiam de emblemate et scapulari.

In capite VI "De cultu SSmæ Familiæ", impetrant Dni Gagnon et Fillion ut initio, linea 2a, post "patriæ nostræ", legatur : "commendabant ac fovebant primi missionarii". Et R. Pater Dion cum Canonico Roy impetrant ut in capite VIII, articulo I "S. Joseph", sectione b, linea 5a, post verbum "consecrent", idem SSmus Joseph ut patronus proponatur sodalitatibus juvenum et patrum familias operariorum.

Articulus IV "De aliis sanctis patronis", multis multa et varia proponentibus remittitur ad commissionem ad novas materias.

Capiti X "De exequiis", sectioni 3æ, impetrant Dni Gagnon et Lortie addi monitum ut qui comitantur mortuum usque ad ecclesiam cordi habeant intrare et interesse missæ exequiali ; et in articulo IV, linea 5a, post verbum "celebrare" indicetur missam lectam in favorem pauperum frui privilegio missæ cantatæ Huic propositioni 60 favent.

In titulo "De locis sacris", capite I, reformat commissio articulum II exprimens clarius cur exoptet Synodus consilia peritorum, scilicet "ad ædium construendarum inordinatos et enormes sumptus præcavendos", et inter viros peritos qui consulendi sint vult inveniri architectum.

Addit commissio septimum eumque novum articulum : de parte quadam supellectilis domus presbyteri non ita facile movenda. Vel-

let ut præberetur sumptibus fabricæ aut parochiæ et maneret in domo, ne presbyteri qui sibi mutuo in eadem domo succedunt cogantur eam supellectilem auferre, novam suppeditare magno incommodo et dispendio. Hæc omnia adprobantur.

Exemus Præses indicat quæ materia cras discutienda veniat.

C. LECOQ,
Secretarius

S.-A. LORTIE,
Secretarius-adjunctus

[illegible]

[illegible] 13 [illegible]

[illegible]

[illegible] ecclesiastica, proponentibus Canonico Roy et Patre [illegible] 3, sectione X "de consanguineis acatholi- [illegible] cultuum catholicorum" 1. quia [illegible] decretum S. Officii unum citatur, prætermisso decreto [illegible] quo jubebatur episcopus ne quid linqueret intentatum ut tale malum averteret, quod magis explicat verba decreti sequentis "passive tolerari"; 3 ne quis unquam in futurum id velut [illegible] ut pateat aditus cœmeterii catholici. Secretarius commissionis [illegible] decreto statui dicit, de opportunitate idem putat quod Rev. Canonicus. Assensere omnes.

De sacramentis. Cap. V. De pœnitentia.

In articulo IX [illegible] alienam petit diœcesim "ut confiteatur" [illegible] "et confiteatur" ne cui in mentem subrepat supponi [illegible] qui alienam diœcesim eo fine petit ut ibi confiteatur, et [illegible] sectionis cum fine ejusdem.

Sectio [illegible] perficitur ope recentiorum decretorum quibus navigantes sacerdotes [illegible] potestate donantur sive facultates habeant a [illegible] ab episcopo diœcesis unde discedunt, ubi navem [illegible], ubi sunt portus per quos transit navis, manente potestate eadem etiam in ipsis portubus, imo cum facultate absolvendi a reservatis ab episcopo si unus vel alter tantum sacerdos inibi sit, neque facile recurratur ad Ordinarium. Proponentibus Patre Columbano et Dno Gignac clarius exprimitur potestatem solam absolvendi a reservatis affici hac ultima restrictione, "dummodo sit unus aut alter, nec facile recurratur".

Articulus VIII "De reservatis", sub titulo nunc unico, novo modo dividitur. Prœmium fit sectio *a* et completur. Distinguit inter peccata reservata ratione sui et ratione censuræ. Refert mitigationem [illegible] reservationibus papalibus : posse absolvi directe non tantum eum qui superiorem adire nequeat sine scandalo aut infamia, sed etiam sine incommodo gravi, ut est privari absolutione [illegible] et viginti horas, additis debitis conditionibus. Revocatur in memoriam peccatum reservatum esse debere ;

completum, externum, certum, mortale, imo mortale atrociter. Declaratur non esse intentionis episcoporum ut is incurrat reservationem qui eam ignoret. Hæc approbantur.

In sectione nunc b, vi indulti apostolici "decennis" eraditur et substituitur "periodice renovandi" quum non omnia indulta valeant ad idem temporis spatium.

In sectione nunc c, ante verba "utriusque" additur : "revocatis aliis reservationibus jure particulari hucusque latis". Mens commissionis est 1) ut minuatur numerus reservationum, quæ graviores sunt confessariis quam reis ; 2) ut jam non afficiant nisi culpas quas ordo publicus vult severius plecti ; 3) nec facile concedant episcopi jus absolvendi a paucis illis peccatis.

Proponunt Dni Perrier et Teefy ut in urgentioribus casibus, iisdem scilicet pro quibus S. Sedes reservationes papales mitigavit, omnis sacerdos directe absolvat a peccatis episcopo reservatis etiam specialissimo modo. (Hanc additionem a Dnis Gariepy et Lebrun acceptat proponens et suam facit). Modo infra mensem recurratur ad episcopum per epistolam aut medio confessario. Verum est magis pœnitentes distare ab Urbe quam a civitate episcopali, sed et in vastis diœcesibus non ita velociter ad hanc civitatem acceditur.

Secretarius commissionis additioni consentit.

Refragatur Dnus Guimont quia recursus infra mensem necessarius est ad abolendam censuram, non intelligitur ubi censura non est. Reincidi in censuras, non autem in reservationem, ait, quia peccatum semel deletum non reviviscit. Allegabitur postea in gratiam ejusdem sententiæ Pater Gury imponens recursum ubi sit censura, addens sine tali onere absolvi peccata simpliciter reservata.

Affirmant Dnus Chartier et alii privilegium absolutionis directæ pertingere etiam ad paucissimos casus papales sine censura reservatos ; auctores negavisse ante ultima decreta.

Pater Gonthier et Dnus Gignac laudant commoda quæ pariet additio : non nimis gravatur pœnitens, et proprius scopus reservationis obtinetur dum episcopus invisetur saltem aliqualiter et poterit monita salutaria dirigere ad eum qui recurrerit sed non extrasacramentali modo.

Postulat P. Doerfler ut reservetur peccatum renuentis recurrere postquam absolutus sit. Ingens numerus favet propositioni Dni

Perrier et rejicit emendationem a Dnis Guimont et Cyr. Gagnon propositam : recursum non precipi nisi in casu quo peccatum reservatum censuram annexam habeat.

Additur in fine capitis articulus nonus : "Locus confessionis" ubi toleratur confessio virorum in domibus privatis, vetatur quin mulier sine crate interposita audiatur aut aliquo repagulo.

Additur et articulus X, proponentibus Patribus Lacasse et Morris, plaudente Patre Alexio et aliis, ut omnes presbyteri in sua respectiva diœcesi approbati possint audire confessiones presbyterorum quos invisunt et eorum qui incolunt domum presbyteri. Petentibus enim secretario et Patre Gonthier alienigenæ minime excluduntur ab hac facultate cujus summa utilitas manifesta est omnibus. Tandem orant Pater Gonthier et Dnus Lecoq, quibus secretarius consentit, ut in fine capitis apponatur elenchus casuum reservatorum in tota regione canadensi.

Tit. IX. De pietate promovenda in populo.

Cap. IV. De sollicitudine erga pueros.

Articulo 2., sub littera c. vult commissio ut non tantum parochi sed confessarii omnes utantur crate in confessionibus puerorum qui præparantur ad primam communionem. Totus titulus decurritur inoffenso pede.

Titulo X : "De variis laicorum officiis", capite I : "De electoribus", addit commissio in fine articuli I "vel culpabili sua abstentione illos eligi permittunt".

Capite II : "De legislatoribus", postulaverunt Dni Lortie et Grandbois ut additio fieret de cujus principio, ait Excmus Præses, nulla potest controversia moveri. Res tamen ita gravis est ut melius ducat eam tradi commissioni Rmorum Episcoporum ad novas materias

In capite III, suppressis ex articulo II titulis minoribus, generalis titulus præponitur : "Dotes judicum".

Acceptato capite IV : "De advocatis", in V : "De medicis", Rmus Car. Gagnon articulo 1. inserit in ultima linea : "etiam aliquando cum vitæ periculo".

In articulo II, sectione a, linea 2a, post "infantes" commissio addit : "in periculo mortis constitutos", neque intentionem commissionis esse, respondet secretarius Patri Doerfler, ut medici obli-

gentur ad monendos parentes de baptizandis liberis.

Sub littera c declaratur, suggerentibus Dnis Gariépy et Lebrun, illicitum medicis ovaria temere rescindere, et mulieres præmunire ne fecundentur.

Fit transitus ad caput tituli XI : "De sacramentis" quod pertinet ad Extremam Unctionem.

C. LECOQ,
Secretarius

S. A. LORTIE,
Secretarius-adjunctus

CONGREGATIO SYNODALIS XV

die 15 oct. 1909.

Monet Excmus Præses congregationes synodales ter unaquaque hebdomada habitum iri : Feria III, IV, VI ante meridiem.

Adsunt synodales 88.

Fit reditus ad titulum III, "De variis clericorum gradibus", caput XII "De incardinatione et excardinatione sacerdotum".

In articulo III, sectione d, linea 4a, "de ulterioris probationis proposito, clericum," additur : "in scripto moneat episcopus"

Initium sectionis e ita legitur : "Sub fine probationis si clericus idoneus non invenitur episcopus *ad quem* illum in scriptis moneat et ad priorem diœcesim remittat". "Si vero idoneus inveniatur" pro "liceat" primitivi schematis, dicitur nunc strictius : "teneatur facere incardinationem", et additur "et quidem non ore tenus", quo melius pateat obligationem cadere in incardinationem ipsam, non in excardinationem tantum.

In sectione nova f) docetur incardinandos jure jurando testari debere suam intentionem perpetuo manendi in diœcesi cui adsciscuntur quod domicilio acquirendo præscribit constitutio "Speculatores".

Rdus Canonicus Roy, cui annuit Dnus Perrier, fatetur nihil amplius exigi posse, ablata jam incardinatione præsumpta et ultronea. Quo tamen plenius provideatur utilitati episcopi *a quo*, orant, optatur ut fungentes ministerio extra diœcesim, adjuvantibus Ordinariis, nitantur excardinationem obtinere. Assentit Rdus secretarius et id totum approbatur

In sequenti articulo IV, linea 2a, additur "in perpetuum" (ut ab una diœcesi aut missione in aliam in perpetuum transeant) et dispensatio petenda a S. Sede ; et deletur in ultima linea sectionis obligatio jurisjurandi præstandi in diœcesi nova.

Littera c), deletur mentio S. Congn. de Prop Fide.

Numeri quinti sectio a) deletur, alibi reformanda

In sectione b) nunc a) quæ incipit "Religiosi", linea 1a, voci "sæcularizationem" additur "ad tramites juris" : "qui sæcularizationem ad tramites juris obtinuerunt"

In sectione c) nunc b), legendum est : "eos episcopi non (aut ne)

destinent loci : ubi. . . ." citato decreto 15 junii [illegible]

Additur VI articulus, De excardinatione et incardinatione [illegible] rum petenda, impetranda, jurejurando interposito secundum decretum S. C. Concilii 24 novembris 1906.

Tum venit ut VII articulus, De typis formularum ad eamdem normam exigend[illegible]

Titulo XI "De sacramentis", capite VI "De Extrema Unctione", in articulo primo, sectione a), quarta linea, adjectivum nomen "probabile" verbo "imminere" substituitur, ne diutius [illegible] propioresque morti tantum inungantur.

Additur nova sectio : De unctione post mortem apparentem, [illegible] tibus nunc multis non constare de morte repentino casu a [illegible] nisi corpus putrescere jam cœperit, post diuturnum autem [illegible] nisi rigidum cœperit fieri.

Apposite in fine III articuli : "Instruendi fideles", suadetur ita moneantur a presbytero qui inungeret apparenter mortuum, ut scandalum omne amoveatur.

Articulo novo nunc V additur forma brevis quæ ex Resp. S. Of. 26 aprilis 1906, sufficit quum urgente periculo una unctio fit in fronte

Et articulo nunc VI, linea 7a, ante verba "eo quod hæc iteratio", suadet commissio ut expletis in eodem morbo diebus triginta presbyteri Unctionem Extremam iterare ne dubitent.

Pater Gonthier adjutus a Dno Tremblay rogaverat ut additio de medio tolleretur tamquam nimia, sed accedit sententiæ Patris Columbani qui, favente Patre Brunone, substituit iterari posse sacramentum quando mutato statu in melius, unum mensem circiter, recurrit postea periculum. Ratio affertur nimis paucos, nimis recentes esse theologos [illegible] faventes.

Respondet secretarius, respondet cum ipso Dno Garneau quatuor aut eo amplius theologos non [illegible] sententiam iisse pedibus, quæ non caret probabilitate extrinseca. Sed neque deesse probabilitatem intrinsecam [illegible] insignes sufficere probabilitatem periculi vere novi [illegible] possit ; atqui nunc, aiunt medici, probabile est ægro [illegible] periculo versari mensem integrum, sed valetudinem [illegible] eo fluctu jactari ita ut mense exacto signum externum [illegible]

non sit, quum ipsa temporis mora cum præsente periculo signum sit saltem probabile.

Pater Poli non vult intervenire Concilium inter sententias dubias, et cum sustinet Rmus Varrily.

Dnus Gignac gravem causam addit ut in re probabili faveatur ægroto qui durante mense eodem potuerit in peccatum cadere absolutione quidem remittendum, sed cujus reliquias quis non cuperet Unctione detergi ? Huc pertinere sententiam Benedicti XIV jam a Dno Gariepy memoratam, in iterationem procliviores nos esse debere et ratione caritatis, et quia id magis conveniat cum antiquo Ecclesiæ ritu.

Neque Pater Gonthier neque Pater Columbanus obsistunt quin res deferatur ad tribunal Venerabilium Patrum. (Alii etiam optaverant ut per hos deferretur ad tribunal supremum Ecclesiæ). Rebus ita compositis, omnes acceptant quod commissio addidit.

In capite VII "De ordine", mutatur titulus articuli I qui legitur : Ritus ordinis", et incipit : "Sacramentum ordinis debita constat.. ..", et [illegible]ea : "Itaque Summi Pontificis" ut primum asseratur veritas, p[illegible] [illegible]ligetur error.

[illegible]ticulo II, restituitur textus ev. Rogate.

[illegible]ulo V : "habebatur, ordinabantur, tenebantur" substitu[illegible] imperfecto tempore verbis temporis præsentis, quum cana[illegible] a S. Cong. de Prop. Fide non pendeant amplius.

[illegible]r huic articulo Vicariatus et Præfecturas adhuc habere ti[illegible] in aliis regionibus petendum esse titulum servitii [illegible]

[illegible] Gonthier et Lecoq ut sua titulo patrimonii defini[illegible] addatur, desumpta scilicet ex Instructione S. C. de Pr[illegible] : ut titulus iste demum obtineat quum ordinandus hal[illegible]stabilia frugifera non ecclesiastica.

[illegible] acceptat Rev. Secretarius, 1. quia alii tituli hic non [illegible], 2. quia jam altera commissio postulavit ut titulus patr[illegible] et congruens ; 3. quia non putat opportunum nunc ita ins[illegible]e.

Respondet proponens brevi futurum ut duo tantum tituli serventur apud nos : servitii ecclesiæ, patrimonii ; unum hic definiri, alterum quoque definiri posse ibidem ; 2) congruum patrimonium alibi quidem petitum sed vagis vocibus ; quid rei sit patrimonium congruum hic declarari ab ipsa Ecclesia.

Novem tantum et triginta propositioni favent.

Commissio votum emittit ut rogent Patres titulum missionis mutari in titulum servitii Ecclesiæ etiam pro clericis qui juramento tituli missionis se jam obstrinxerint. Assentiunt synodales.

In fine articuli VI, loco vocum "per integrum triennium, etc", legitur : "Vota simplicia vel perpetua jam emiserit et proprio instituto stabiliter fuerit aggregatus."

Articuli VII in fine, Dni Le Vallois et Chalifoux, plaudente secretario, inserunt dispensationem ab irregularitate conversorum et prognatorum ab hæreticis semel concessam ad sacram tonsuram et minores Ordines valere etiam ad majores Ordines suscipiendos, ex Resp. S. Officii 5 decembris 1906.

Addit commisio in articulo novo qui erit octavus : Episcopum uti posse suo indulto ordinandi non servatis interstitiis etiam in gratiam alienorum subditorum, modo sint rite dimissi, ut declaravit S. C. de Sacramentis 15 augusti 1909.

C. LECOQ,
Secretarius.

S.-A. LORTIE,
Secretarius-adjunctus.

[illegible]

[illegible] 84

In [illegible] VIII [illegible] capite VII: "De [illegible] "[illegible] literaturæ honesta oppo- [illegible] ex articulo 2 [illegible] "Biblio- [illegible] Voces "et modico pre- [illegible] ut libri gratuito commodentur.

[illegible] Pater Colombanus, quem adjuvat Pater Dozois, egere [illegible] esse ut se sua stipe [illegible] "modico pretio" ne quid [illegible] experientia quantis incommodis la- [illegible] exigatur.

[illegible]

In [illegible] IX [illegible], sectio b reformatur ad nor- [illegible] curiis episcopa- [illegible] 2 [illegible] seligi possent ex utro- [illegible] requiruntur articulo XII [illegible] 4 [illegible] scripto dent sen- [illegible] 5 [illegible] expressa verbo "imprimatur", præ- [illegible] "Nihil obstat" a censore subscriptam.

[illegible] Pater Columbanus, adjutus a Dno Gignac, [illegible] ex fine sectionis retroducatur ad me- [illegible] sectiones, post "specialiter intersit", [illegible] Prælati religiosi iis tan- [illegible] facere velint opus quod utcum- [illegible] et mores. Alteram partem sectionis de [illegible] non moderandis, inconsulto superiore, [illegible] saecularem ex normis reli- [illegible] vigilantia [illegible] superiorum jam satis [illegible]

[illegible] De quotidianis et periodicis [illegible] articuli 21 "diaria [illegible] adverbium "anglice" "tum alia aliqua [illegible]

[illegible] capite VIII: "De matrimonio et

ejus celebratione", articuli 1us et 2us non mutantur. In fine 3i "De effectibus civilibus", subjicitur : "Et ipsi curent ut hæc præscripta adimpleantur".

In articulo IV : "Quid a parocho cognoscendum", linea 5a, post "canonicum impedimentum", tria nominantur circa quæ compertum est oblivionem crebrius irrepere : cognatio spiritualis, affinitas ex copula illicita, crimen.

Dni Grandbois et Guimont timent ne de duobus ultimis interrogatio extra sacramentum, præsertim directa ad sponsam, et verecundiam lædat et jus naturale ; satis consuli in confessione si prudenter confessarius agat et schedula de confessione sit in usu.

Respondet secretarius non temere hæc desumpta ex Concilio Americæ Latinæ causas matrimoniales experto, notum esse quam sæpe matrimonia ex illis impedimentis sint irrita quum, verbi gratia, qui male simul versabantur sibi polliciti sunt mutuo pacto nuptias mortuo legitimo conjuge. Addit Pater Dozois sacri ministerii peritis non deesse vias hæc sciscitandi quibus nulli rubor suffundatur, lecto nimirum coram sponso impedimentorum indice clare explicato.

Septem tantum voces propositionem fulciunt.

Acceptat secretarius quod Rmus Dnus Varrily postulat ut pro matrimoniis "conficiendis" in eodem additamento legatur "celebrandis".

In articulo V, linea 14a, petit Pater Gonthier, secundante Dno Lecoq, ut pro "standum legi civili" ponatur : "volumus ut leges civiles quæ apud nos vigent observentur", ne legi civili tribui videatur auctoritas in matrimonia qua caret et qua alio tempore posset abuti. Ut mutatio fiat non tantum consentit secretarius, sed perpendens leges ut sunt non esse irreprehensibiles (ut quum nulla habent matrimonia minorum sine consensu parentum inita) mallet [illegible] sententiam deleri : quod libens admittit proponens et approbant universi.

Articuli VI maxima pars proprium locum infra nanciscetur. Retinentur duæ ultimæ lineæ : Matrimonium in ecclesia &c. Addit commissio : "et quidem in eclesia parochiali".

Rogant Dni Gonthier et Lecoq ut addatur : "regulariter". Jam enim jura parochorum decreto "Ne temere" sarta tecta manent ; 2) sæpe rector missionis in pluribus castellis, oppidis, iter agens matrimoniis assistit ubi ecclesiæ veræ non sunt ; 3) nec bene renui sponso

qui cupit benedici matrimonium in oratorio religiosæ domus ubi frater vel soror vota nuncupaverit ; 4) nulli venire in mentem ut oratoriis episcoporum tali celebratione interdicatur.

Explicat Rev. secretarius secluso adverbio "regulariter" firmius obsisti conatui multorum qui ad sacella matrimonii celebrationem subducunt, forsan olim ad ipsa umbracula puellarum, perturbatis aliquando junioribus incolis domorum quibus sacella cohærent, nec sine magno detrimento vitæ parochial

Rmus Pater Hage petit ut signo perspicuo notetur ubi desinat præcriptio Ritualis Romani ; et Pater Connolly non putat sine gravamine repelli locupletes et optimates qui malunt ducere in quietis habitationibus quales non sunt parochiales ecclesiæ

Pater Gonthier ultro concedit satisfieri petitioni per exceptiones quas secretarius admisit, sed negat ullam iis viam patescere, ullam ansam dari in textu proposito. 53 patrocinantur adverbio quod recipitur

In articulo VII auferuntur ea quæ concluduntur intra parenthesim, [illegible] hus scilicet collocanda sub novo titulo : "De benedictione nuptiali".

In articulo VIII, linea 4a, post verbum "constiterit", indicatur gravissima Instructio S. Officii anni 1868, De probationibus requisitis, diu absente conjuge, antequam removeatur impedimentum ligaminis.

In articulo X, linea 3a et 4a, inter pia opera quæ futuris conjugibus consuluntur, recensetur confessio aliquot diebus præviis facta. Mox et suadetur ut futuri conjuges communicent, et presbyter confessione utatur ad docendos sponsos obligationes conjugum.

Articulus XI : "Nominum inscriptio", amandatur ad caput de decreto "Ne temere"

Subditur novus articulus numero XI : "Benedictio nuptialis", ubi docetur 1) illam esse largiendam quantumvis diuturno tempore post matrimonium ; 2) sed iis demum qui eam nondum obtinuerint, neque 3) extra missam, nisi vi specialis indulti ; neque 4) intra tempus clausum, memorato decreto S. Officii die 30 augusti 1881.

In titulo VII "De catholica institutione juventutis", capite I : "De catholica educatione in genere", articulo I, linea 8a, substituit Rmus Dnus Varrily "infusa" pro "inserta".

In articulo II, littera b, penultima linea, religiosa juventutis educatio subrogatur "religiosæ" (mendo typographico).

Huic articulo subnectunt Patres Lacasse et Doerfler summam propositionum 45æ et 47æ Syllabi errorum a Pio PP. IX reprobatorum, de educatione sejuncta ab auctoritate Ecclesiæ.

In ultima sententia articuli III, obtinet Rmus D. Varrily ut "simul ac" locum teneat vocum "semel ac".

In capitis II articulo 2., linea 5a, verbo "frequentent" additur "et sacramenta sæpe recipiant".

Postea arceri vult commissio a familia cum contemptoribus "blasphematores".

Linea 7a, pro "juvenilem" subrogatur "eorum", ne fides juvenilis nondum adulta firmataque esse putetur.


Linea 11a, post "caritatem" subjungitur : "praxim eleemosynæ, temperantiam".

In capite III, "De scholis primariis", eraditur ubicumque occurrit participium "separatæ" scholæ, quod alium apud alios sensum induit, aliquando famosum et odiosum vel maxime. Item adjunctivum nomen "publicæ" non servatur nisi in citatis quibusdam sententiis. Non enim ubique in Canada publicæ scholæ neutrius partis sunt in religione.

In fine articuli I : "Scholarum necessitas", roboratur doctrina exposita per 48am propositionem damnatam in Syllabo, et Instructionem S. Officii 24 novembris 1875 ad Fœderatos Status Americæ Septentrionalis quæ præcipua quædam norma esse debet in ea re summi momenti.

Invertitur ordo articulorum 2i et 3i, ita ut tertius locum secundi obtineat et vice versa, quia doctrina de natura et dotibus scholæ catholicæ præponenda videtur mediis ejusdem sustentandæ. Titulus articuli III nunc 2i erit : "Scholarum catholicarum indoles".

In sectione b, linea 5a, post "consentanea" inseruntur verba Leonis PP. XIII : "Sit tota studiorum ratio ut verbis supremæ auctoritatis ad nos ipsos directis omnibus sit conspicuum, ne plenam quidem instructionem religiosam satis esse posse nisi religiosus spiritus totam pervadat, docendi discendique totam intus alat rationem ut succus arborem, ut vita venos ?" Postea pergitur : "Sint magistri catholici", ut in schemate.



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART





















In articuli primitus 2, nunc 3, "scholarum sustentatio", sectione a), in linea 1a, deletur "separatæ". In sectione b), linea 1a, deletur : "publicæ et" (neutrales). Linea 4a, pro "separatas" legitur : "Sibi proprias". Linea 5a, citata verba Leonis PP. XIII amandantur ad futurum novum articulum : "De parentum officiis". In sectione c) per legem, claritatis causa additur "et civilem". Secunda linea, "publicis" expungitur ; et 4a linea, voci "publicis" substituitur vox "neutris".

In articulo IV, sectione b), addunt Patres Doerfler et Lacasse : "dolendum esse quod juvenes cogantur adire scholas quas dicunt normales a religione sejunctas, et curandum sacerdotibus ut summam religionis et historiæ alumni doceantur".

Sectione c), 3a linea, eraditur "quodam laico", quia non ubique inspector ille laicus est.

Articulus 8 novus et sub titulo "Parentum officia", incipit : "Sciant parentes ipsos (melius : se) teneri ut filios suos mittant ad scholas catholicas". Tum doctrina firmatur et Encyclica "Affari vos", et Instructione S. Officii jam laudata, quæ absolutione declarat indignos parentes qui mittant liberos ad scholas acatholicas, nisi neque domi, neque apud scholas nævo immunes etiam exteras possint educari, de qua necessitate judex est episcopus.

Articulus V fit VI, et in antepenultima linea verbo "constituantur" additum velit commissio "et dotentur", ut munificentiæ divitum addantur animi.

In titulo X : "De variis laicorum officiis", I capitis quinque articuli primi, paucis correctis mendis, approbantur, et sistitur ad sextum articulum.

C. LECOQ,
Secretarius.

S.-A. LORTIE,
Secretarius-adjunctus.

CONGREGATIO SYNODALIS XXII

Die 20 oct. 1909

Synodales adsunt tres et octoginta.

In titulo IX "De variis laicorum officiis", capite VI "De patronis et opificibus", articulo 6., sectioni c) "sodalitia", addit commissio votum ut suus sodalitiis capellanus presbyter ab episcopo deputetur. Cætera manent ut sunt in schemate.

In capite VII "De scriptoribus catholicis", articulo 2, littera c) prima linea, "editoresque" nomini "scriptores" additur.

Impetrant Dni Gagnon et Filion ut eadem linea, post nomina "scriptores editoresque" addatur : "de sapientia proprii episcopi optime sentientes". Et linea 2a loco "proprii episcopi" legatur "ejus". Iidem proposuerant ut in linea 4a verbo "suscipiant" adderetur "Excerptum ex epistola Leonis PP. XIII ad archiepiscopum Parisiensem monentis catholicos scriptores ut ab altissima reverentia erga Pontificem Summum reverentiam erga episcopos cum eo conjunctos non dissociarent". Duo tantum et triginta propositioni faverunt ; sed universus cœtus accepit quod Dni Lefebvre et Decelles suggesserunt ut linea nona monito Pontificis "Qui scribendo dant operam" aliud substitueretur ex epistola Leonis PP. XIII : "Longinqua oceani", constans parte duplici. Partem priorem "De concordia" vult Excmus Præses compleri pleno contextu, additis verbis quæ omittebantur : "ut plane non tam repellere quam inferre bellum, si qui vires discordia dissipant, videantur".

Suum parti alteri, quæ a priori discreta est, vult Excmus Præses initium præponi : "Non absimili ratione". Damnat autem ea pars qui consilia vel acta episcoporum ad suum judicium revocare, carpere, reprehendere ausint abjecta debita verecundia.

Obiter rogat Pater Alexius ut subveniatur scriptoribus illis stipe, subscriptione, providendo senibus ne inedia laborent.

In capite VIII, correctis mendis, consulitur articulus VI ubi 1) laudantur missionarii agricolæ ; 2) deterrentur juvenes a derelinquendo rure ut migrent in civitates ; 3) invitantur ut ad magis loca, duce sacerdote, se conferant ubi canadensis ager cultores exspectat.

In hoc additamento, ubi juvenes dicuntur sese in pericula injicere

"audacius", "imprudenter" legitur, suadente Rmo D. Varrily, acceptante secretario.

In titulo VII "De catholica institutione juventutis", capite V : "De scholis secundariis", reformatur articuli 2i sectio a), ita ut primum optetur ubique vigeant instituta catholica necessitatibus temporis congrua, deinde definiatur parentum officium

Obtinet Rev. Canonicus Roy, annuente Dno Lecoq, ut inseratur in sectione b), linea 3a, post : non servantur, "habenda est prius licentia ordinarii" non minus necessaria iis scholis frequentandis quam primariis et Universitatibus studiorum

In capite V articuli 5i, titulo additur "et modernismo".

Linea 5a deletur : "quique perplures funestant Europæ universitates", frustra petentibus synodalibus quibusdam ut legatur : "quique funestant plures acatholicas universitates". Explicat enim Rev. Canonicus Dauth intellexisse commissionem non suum esse ut has vel illas universitates argueret ; historiam ad se non pertinere ; monendos, præmuniendos nostrates ; id enimvero sibi competere, sibi satis esse.

Eidem articulo subdit commissio cur modernismum materialismo liberalismoque adjunxerit cujus sparsi errores alibi colligentur, investigatis causis, præscriptis remediis

Proponit Pater Gonthier ut cudatur novus articulus "De universitatis constitutione" : quibus facultatibus, præsidiis, et, ut dicitur, elementis constet ut tali nomine digna censeatur.

Respondit paulo post Rmus Pater Murphy Universitatem fundari Brevi Pontificio institutionis, non ut singulæ constitutivæ notæ una die statim prodeant, verum ut jacto fundamento, cætera paulatim consurgant et suo tempore maturescant.

Emittunt Patres Teefy et Gonthier votum ut catholica catholicis Universitas studiorum paretur. Explicat prior se in mente habere quam necessaria sit Universitas catholica omnium artium et pleni curriculi alumnis anglici sermonis, non æmula quæ sit sed amicissima soror Universitati Lavallensi quam orator miratur et laudibus effert ; nullius jus quæsitum impugnari, a nullius fama et honore quidquam detrahi, juventutem tantum armandam, communiendam contra invadentes errores ; lugendum acerbe tot quasi agmine facto concurrere ad domos protestantium a quibus tamen quo avertendos ?

Hoc sibi in votis, hanc suam spem, hoc egregium Concilii opus ut catholicorum canadensium tota educatio a substratis puerilibus scholis ad Universitatis cacumen, catholicis manibus, catholicæ menti tandem aliquando reapse commendetur, non scripto tantum aut desiderio imbelli.

Suadet Excmus Præses ut utrumque votum appareat prius coram commissione Episcoporum "ad novas materias".

Tit. I. De doctrinis fidei. Cap. X. De ecclesia.

Totum caput : "De Ecclesia" perlegitur et approbatur.

In articulo I, linea 7a, post : "docendi ac" ponitur "regendi" pro "agendi". (Agendi potest esse mendum). Cœterum sensus vagus est. "Docendi autem regendique" refertur ad verbum Domini : "Docete" et ad verbum S. Pauli : "Posuit Episcopos regere".

In fine articuli 3i remittimur ad encyclicam "Pascendi" et ad decretum "Lamentabili sane exitu", a propositione 52 ad 56, et pauca menda corriguntur.

C. LECOQ,
Secretarius.

S.-A. LORTIE,
Secretarius-adjunctus.

[illegible] "De doctrina fidei", capite XI "De Romano Ponti[illegible] Quintus et sextus præ[illegible] Romani Pontificis [illegible] ad doctr[illegible] necessitate unionis. Cum articulo 4 numero 6, additur protestatio canadensis episcopatus de mittentis ante [illegible] testimonium plusquam filialis [illegible] non jussu modo sed moni[illegible]

Inter sextum a[illegible] "De legatis apostolicis", interseritur novus qui desiderabatur : "De romanis congregationibus", quia 1) male obedit principi qui non paret ejus administris et interpretibus ; 2) tamen non desunt qui ipsi Pontifici se subdunt, Congregationibus [illegible] imperandi ; 3) quædam habenda ratio novi status rerum quo subjicimur non jam uni Congregationi immediate, sed universis ; 4) denique articulus sumitur ex documento ipsius Pii PP. X "Præstantia", die 19 novembris anno 1907.

[illegible] IX [illegible] ad encyclicam "E Supremi" ejusdem Pontificis.

Tituli II : "De fidei periculis", caput I et II legitur, paucis mendis sanatis.

In capite III : "De scholis acatholicis seu neutris", et in prima linea articuli I, præfert commissio *et* neutris *et* neutras.

Linea 2a et 3a "tum" mutatur in "sive", quia parvi refert utrum schola revera congreget catholicos adolescentes et acatholicos. Neutra est ipso modo quo docet, quoscumque doceat.

In 5a linea introducit commissio "vel de Deo vel saltem de rebus ad religionem [illegible]".

In articulo IV, inter verba adducta constitutionis "Militantis Ecclesiæ" [illegible], restituitur ex textu.

In articulo V [illegible] Scholæ nostræ in quibusdam provinciis nostris, [illegible] retro trahitur a fine articuli ad antepenulti-

man lineam, ut possit addi : "contra jus integræ civilis et religiosæ libertatis quo catholici æque ac cæteri cives frui censentur". "Ab hoc jure pro tota canadensi regione vindicando nunquam est desistendum".

Excmus Præses nos certiores facit emendationem aliquam propositam a Patre Lacoste esse penes commissionem Episcoporum "ad novas materias".

Nihil mutatur in capite IV : "De libris pravis et de bibliothecis publicis, sed ponitur in fine : "Quapropter pastores omnem curam adhibere debent ut libri periculosi ab eis excludantur".

In titulo XV : "De bonis ecclesiasticis", capite I : "De jure Ecclesiæ", postulantibus Patre Gonthier et Canonico Roy, articulus I bifario dividitur. Manet præsens articulus ut sectio a). Additur sectio b) in qua dicitur explicatius Ecclesiam ut societatem perfectam absolute independentem a civili neque mutuari ab illa jus possidendi nec ei subjici in exercendo jure. Supposito principio infertur societates quæ non constitutæ sunt sine auctoritate Ecclesiæ sed et civiliter agnitæ vel constitutæ sunt non continuo posse inscia, imo invita Ecclesia, imo contra ejus canones aut jura proprium jus exercere aut vindicare.

Ita et theologica basis est latior firmiorque et retunduntur ingratorum cœtuum impetus qui utinam imaginationi metuentium tantum occurrerent !

In nota remittimur ad Concilium Baltimorense III quo nos remittunt iterum iidem proponentes (qui articulo II, sectioni a) addunt : "Et hoc jus eis competit præcise quia et quatenus sunt membra in uno corpore Ecclesiæ Christi".

Secunda linea secundæ paginæ, proponente Dno Varrily legitur : "redibunt" pro "redeunt", et totum caput approbatur, et duo primi articuli capitis II : "De mediis providendi cultui divino".

In articulo III sectio b ita emendatur : "Regulæ pro annua sedium locatione &c. statuantur ab episcopo nec eo inconsulto mutentur" ; et additur in fine sectionis : "Cavendum est tamen ne pauperes facultate missam audiendi ullo modo priventur".

In articulo VI : "De quarta funeraria", linea 5a, post "alteram eligi ecclesiam" Canonicus Roy et Pater Dozois obtinent ut addatur : "jure sepulturæ gaudentem", quod et alibi jam docetur.

In articulo VII, sectione c), Dni Marcellus Richard et Allard tollunt nomen "taxa", et deleta sectione rogant 1. ne stipendia sint nimia neque onerosa plebi inopi et duro labori devinctæ ; 2. ut statuantur ab episcopis habita ratione consuetudinis, auditis iis qui de provinciarum aut diœceseos conditione perfectissime sint edocti ; 3. sciatur ab omnibus ea quæ pertinent ad onera missarum referenda ad Supremam Congreg. S. Officii.

Timent proponentes ne majoribus stipendiis avertantur pii sed egeni Christi fideles a sublevandis animabus purgatorii multiplicata divini sacrificii oblatione.

Pater Doertler timendum non putat ne stipendium sit nimis pingue, sed potius nimis tenue, quum valor pecuniæ minor sit quam in plerisque Europæ regionibus atque hic etiam valde decreverit his ultimis quinque et viginti annis.

Propositione non confirmata, commissio VI per secretarium judicat opportunum ut stipendium pro lecta missa medium ad minus scutum adæquet. Expungeret ergo "aut lectis" a sectione c quæ subjacet examini et præfatum votum illi subjungeret.

Rev. Canonicus Dauth exponit pluries ea de re disputatum, visumque probabile, aucto et duplicato stipendio duplo quoque minorem futurum numerum oblationum. Quum autem media pars oblationum alio mitti soleat et de ea parte retineantur asses quorum ope Universitati Lavallensi necessarium fertur subsidium, timet ne hæc periclitetur admissa propositione. Tria simul fatetur : 1) multos presbyteros cupere ut stipendium majus petatur, præsertim ex iis qui docendi munere in variis scholis funguntur ; 2) dolere se quod eleemosynæ tam exiles missionariis tradantur ; 3) et cupere ut alia via succurratur Universitati.

Coadjuvatur a Dno Cyrillo Gagnon qui putat multas famillias aucto stipendio desituras menstruam missam offerri curare pro mortuis : a Dno Lindsay qui et ipse minuendum numerum oblationum prævidet, metuit, et incrementum stipendii sponte fieri perspicit. Perspicit idem incrementum ultroneum Rmus C. O. Gagnon et veretur ne auctum a concilio stipendium multis displiceat et ludibrio habeatur.

Rev. secretarius opponit omnibus notum esse varium in variis locis stipendium quod v. g. in Provinciis Maritimis stipendium Quebecense dodrante excedit ; unitatem nemini fore irrisui.

51 commissioni plaudunt

Ad sectionem f) animadvertit Excmus Præses non integrum esse nunc sacerdoti ut missam a se acceptam alteri pro libitu tradat, sed tantum intra diœcesim propriam. Si sacerdoti extero etiam optime noto tradere velit, ex decreto "Ut debita" per illius episcopum debet tradere, vel saltem illius consentiente episcopo

In fine sectionis g) delentur post "sacerdotis" verba "vel ejus officii".

In articulo IX, sectione b), Dnus Gignac cum Canonico Roy, servatis vocibus "ipse præterea" cætera tollit ut nova sectione mos geratur Concilio Tridentino et decreto 6 julii 1852 "De taxa seminarii et cathedratico" ; quod simul cum propositione Dnorum Varrily et Doerfler ut apponatur sectioni : "cum approbatione S. Sedis" traditur commissioni Rmorum Episcoporum "ad novas materias"

A sectione c), retentis verbis "Modo etiam extraordinario", removent iidem Dni Gignac et Roy quod exhiberet caritativum ut annuum, et ad tramites juris exigunt ut non petatur nisi causa sit sufficiens, ratio manifesta, taxa moderata.

Innixi denique litteris quæ a S. Congr. Concilii emanaverunt die 10 junii 1896, reformant Dnus Gignac et Pater Teefy sectionem d) : De taxa pro documentis expeditis per cancellariam, ut sit uniformitas in regione tota vel saltem provinciis, et ut taxa de qua conventum sit submittatur eidem S. Congregationi.

C. LECOQ,
Secretarius.

S.-A. LORTIE,
Secretarius-adjunctus.

CONGREGATIO SYNODALIS XIX

die 22 oct. 1909.

Synodales adsunt 78.

Ad emendandam relationem congregationis anteactæ 1. Exmus Præses advertit sacerdotem qui acceptum a se missæ stipendium ad alterum sacerdotem transmittit extra suam diœcesim debere transmittere aut episcopo ejus ad quem stipendium mittitur aut certe eodem episcopo consentiente ; 2. In relatione non dictum est, in capite II : "De mediis providendi cultui divino", infra titulum : "De bonis ecclesiasticis", expuncta esse ab ultima linea sectionis g articuli "De Missis" tria vocabula "vel ejus officii", nimirum ubi agitur de integro stipendio celebrandi tradendo nisi certo constet intuitu personæ sacerdotis vel ejus officii &c. quæ verba obscurum aliquid sonant neque expers interpretationis periculosæ et falsæ.

In capite III : "Modi prohibiti....", articulo I, sectioni a) addidit commissio : "oblationes tamen voluntarias ad januas accipere non prohibetur". Patres Alexius et Rouleau vellent hæc deleri. Explicat Dnus McCann articulum I, dempto additamento, infitias ire consuetudinem in Ontario quinquaginta annos et amplius habitam ; ecclesias esse quæ sedes non locant, inauditum quidem in illis arceri quempiam qui portorium non solverit ; verum intelligere populum oblationem quæ fit ad fores necessariam esse presbytero et ecclesiæ, quibus revera præter collationem natalitiam et paschalem, nullus redditus alius atque hæc oblatio suppetit

Notat Pater Gonthier duas res valde dissitas permisceri, specie tenus saltem, in schemate emendato, taxam quæ exigatur ad fores pro sede antequam sedeatur et ut sedere liceat ; et quod libera reapse voluntate offertur. Hic proscribi exactionem jam a Concilio Baltimorensi plenario reprobatam.

Pater Murphy concedit tolerari non posse ut quis abigatur ab ecclesia qui non ad fores solverit portorium ; tres tamen rationes obstare quin consuetudo colligendi pecuniam ad fores oblatam condemnatione feriatur : 1. Locatas sedes esse alias ditioribus optimas, alias minus commodas pauperibus ; dum oblata stipe in ingressu op

timus locus [illegible] est civitatibus aut pauperibus qui primi advenerint [illegible] præsertim attendere qui ad subsellia vel scabella pauperum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Observat [illegible] [illegible] sedibus locatis, auditione quarumdam missarum prorsus gratuita, [illegible]pe nonnunquam in introitu recepta.

Timet Canonicus Roy ne schemati retento videatur contradicere [illegible] [illegible]amentum, quod tamen eradi quinque tantum et triginta vellent.

Monente Excmo Præside, corrigitur finis capitis ubi dicitur abusum male colligentium eleemosynas ad S. C. de Prop. Fide deferendum esse, quod amplius non obtinet, sed spectat ad alteram Congregationem.

Cætera de titulo XV : "De bonis ecclesiasticis" admittuntur immutata.

In titulo I : "De doctrinis fidei", capite XII : "De societate civili", mergit commissio articulum II et initium tertii in unum articulum qui veram societatis originem docet, et de sociali contractu somnium dispellit. Reliqua pars articuli deletur.

Articulo IX, deletis verbis "finem societatis civilis" præmittit definitionem finis ejusdem, sic : "Ad commune civium bonum procurandum promovendumque ordinatur societas civilis. Hunc finem &c." ut in schemate.

Perlecto et approbato capite XII, in tertio decimo : "De relationibus inter Ecclesiam et Statum", articulus V et VI locum inter se mutant, ut is qui tolerantiam quandoque legitimam esse docet proximus sit illi qui suis eam limitibus circumscribit ; et additio a Patribus Gremer et Alexis proposita, ut jus nostrum civile conflatum vi fœderis gallicum reg[illegible] inter et anglicum non permittatur discedere a iure canonico, sine positiva approbatione Sedis Apostolicæ, transmittitur commissioni "ad novas materias".

Titulo subnectitur novum caput, scilicet enumeratio eorum qui professionem fidei Pii IV et Pii IX debent emittere. Desumitur ex decreto Marianopolitano partim breviori forma reddito, mutato in fine verbo "negligat" in verbum "recuset", quia qui tantum negligunt contumaciam non arguuntur.

[illegible]

[illegible] Tit. XI C. IX [illegible] De impedi[illegible] III et IV [illegible] vel divini [illegible]

[illegible] articulo IV, et post verba [illegible] dispensationem [illegible]

[illegible] III, [illegible] Quatuor ultimae [illegible]

[illegible] Congreg[illegible] [illegible] potestatem ordinariam dispen[illegible] minoribus impedimentis a quibus Ecclesia possit [illegible] duabus exceptionibus. Mentio fit de litteris S. Officii permittentis Ordinariis ut facultates habitualiter delegent et monebuntur confessarii ut tantis facultatibus parce utantur prout prudentia suggesserit.

Cum novus articulus sub numero IV proponitur: "De casu perplexo, impedimenti occulti venientis ad cognitionem quo tempore matrimonium in eo est ut celebretur", la[illegible], suggerente Excmo Praeside, ne qua controversia possit oriri, legatur: "Monita tamen una vel utraque parte de sua impedimenti".

Propter decretum "Ne temere", deleviti commissio caput X: "De matrimoniis clandestinis", et novum caput concinnavit. Sed DD. McGarrity et Pater Teefy proponunt ut illud caput subrogetur alterum: texatur breve proemium ex ipso decreto "Ne temere", quo historia decreti tametsi revocetur in memoriam, dicatur quare ab ea fere ubique recedendum, publicatio et explicatio opportune repetenda novi decreti jubeatur, tandem ad ipsa decreti verba remittantur omnes.

Ratio est quod commissio decretum "Ne temere" paululum muta-

[illegible]

C. LECOQ,
Secretarius.

S. A. LORTIE,
Secretarius adjunctus.

[illegible] perrum textum decreti [illegible] emere[illegible] subrogatum; velit capiti novo quod commissio con[illegible] [illegible] regnum dis[illegible]

[illegible] decretum eo [illegible] tam utile nulli alii cedat, eo magis [illegible] summi momenti [illegible] consilia [illegible]que non contemnanda hic aut illic spargantur. Post brevem disceptationem de [illegible] Tridentinis circa sponsalia, quamvis urgeat Rmus Propositus magis [illegible] ut decretum nulla ex parte quasi larva imposita [illegible] commissio procedit.

Vult secretarius [illegible] Congreg. de Sacramentis, de parochis [illegible] territorium habentibus, et de sacerdote cuius curae in territorio alieno [illegible] contin[illegible]

[illegible] articuli III, "Par[illegible] Ledue additionem proponunt, quae, reformantibus textum [illegible] proponente Dnis Gonthier et Canonico Roy, ad [illegible] Excm Praesi[illegible], sic legitur : "Concilii voluntas est ut [illegible] regionibus nostris vicarii paroeciales eadem facultate gaudeant." Quamvis, ut admonent Dni Gummont et Cvr Gagnon, [illegible] praemitte[illegible] [illegible] iure particulari quod iam [illegible] concilium in titulo : "De variis clericorum gradibus", ad [illegible] titulum remittimur in nota. [illegible] est utilitas ponendi [illegible] possunt assistere. 47 propositionibus adstipulatur.

Secretarius ostendit non esse supervacaneum ut clare doceantur parochi sibi non superesse ius assistendi matrimoniis subditorum extra paroeciam. Ne qua tamen falsa interpretatio suggerat vetari [illegible] delegentur, dubium removent Dni Morrison et Boldue, adden[illegible] [illegible] vel parocho loci ubi [illegible] secretarius, et additio placet.

In ultima sectione, linea 2a, Pater Gonthier et Dnus Gignac addirogant : "Absque tamen vi retroactiva". Libenter acceptat secretarius propositum quod approbatur ab omnibus.

Aggressis titulum V : "De officiis clericorum", proponit commissio ut ipsi titulo subjungatur nota quæ commendat litteras Pii PP. X : "Hærent animo"

Articulo IV adjiciuntur verba ex epistola "Nobilissima Gallorum gens", quibus carpuntur qui sacrum ministerium exerceant non sub magisterio episcoporum.

Articulo VI, antepenultima linea, post "auctoribus hauriant", suadent Rmus C.-O. Gagnon et Canonicus Roy ut omnes clerici acta conciliorum Canadensium in promptu habeant et sæpe revolvant.

Ex articulo VII, linea 13a, vox "saltem" deletur quum suadere nimium sit ut sæpius quam singulis hebdomadis sacro tribunali se sistant etiam clerici.

Ex articuli VIII linea 9a, "providendum est" aufertur, quum non appareat a quo sit providendum, sed post "privatis vacent" legitur : "et episcopum notificent".

Articulo IX, linea 7a, post "donata sunt", addit commissio : "et ex altera parte bona personalia" ; et linea 9a commendatur sacerdotibus ut inter executores quos nominant unus saltem sit sacerdos, ut v. g. legata pia, ipsæ missæ offerendæ nulla vel saltem non nimia temporis intercapedine differantur.

Excellentia Sua Rma notat hic non abs re posse interseri exhortationem ut suam clerici hæreditatem ex toto vel ex parte Ecclesiæ, bonis operibus, egenis sublevandis addicant.

Articulus X partim reformatus est a commissione. Mutandi causas explicare volens secretarius edisserit 1) quæ sint de habitu clericorum leges generales Ecclesiæ jure decretalium et jure novo Tridentini ; 2) quanta disciplinæ varietas in jure particulari singularum regionum, et 3) iis ipsa quam late patet regione canadensi, texta historia brevi synodorum canadensium quæ in ea re decreta condiderunt. Omnibus rebus mature perpensis, commissio delevit schema a voce "Quapropter" infra lineam 8am ad "volumus" infra 11am, et signis litterarum a) b) c) d) interpositis, quatuor edixit : 1. vestem talarem exigi in functionibus sacris et publica administratione sacramentorum ; Consulto dicitur : publica ne nimis severe videa-

tur imponi deferentibus viaticum aut baptizantibus in necessitate ; 2. domi, extra domum, in itinere et ita porro, eam esse vestem ecclesiasticam quam ad mentem synodorum præsertim Tridentinæ approbaverint episcopi ; 3. eam etiam breviorem infra genua clerici stantis esse devolvendam, neque unquam absit quod vocatur collare romanum ; 4. meminerint episcopi quam sibi potestatem fecerit Tridentina Synodus ne quid indecori in clericorum vestibus ab ecclesiastica dignitate deroget

Proponunt Patres Doertler et Charlebois ut lineæ schematis deletæ ab 8a ad 11am restituantur in integrum, deletis edictis quæ commissio subrogat, 1. quia commissio res novat. Tenetur hic in usu vestem talarem esse proprie clericam, nisi obstent peculiares causæ ; id fuit ab initio, teste concilio Quebecensi II quod erat pro ea ætate quasi plenarium : a quo derogatum quidem est in III, sed per exceptionem bene fundatam, regula generali servata ; 2. non est plebi admirationi habitus clericus aut religiosus ubi usus invaluit ; admirationi foret si dimitteretur, neque multum differemus veste a ministris protestantium ; 3. videtur ex reformato schemate penes episcopos esse ut res innovent et vestem determinent. Poterunt igitur urgere presbyteri ut hac sua facultate episcopi utantur et ea nos libertate donent quæ forsan alibi in licentiam, "qua data porta ruunt" adhuc de multis est verum ; 4. nimis sollicita fuit commissio de viaticum deferentibus qui in Statibus Fœderatis non difficilius talarem induunt absque manicis quam superpelliceum, nec revera mentio necessaria est eorum qui ex improviso moribundorum curam gerunt.

Refragante Patre Poli, Dnus Lindsay non putat nunc augendam libertatem exeundæ vestis talaris quum augetur numerus catholicorum quibus et optimatibus et tenuioribus magis placere solet vestis sacerdotum proprie clerica.

Duo prodit indice Pater Columbanus : 1) vult commissio posse permitti ut vestis talaris exuatur domi etiam ubi lege hactenus est imposita ut communis vestis, quæ gravis est diciplinæ perturbatio ; 2) innuit extra functiones sacras vestem ecclesiasticam indifferenter esse eam modestam vestem quam concilia commendaverunt et cujus forma determinatur ab episcopo, quasi talaris nulla præcellentia polleret jure communi, quod R. Pater falsum putat, usu vices tenen-

te legis scriptæ si lex scripta desit ; et hoc fatetur concilium Americæ Latinæ.

Pater Connolly timet ne maxima incommoda propter quæ concilia Baltimorensia noluerunt injungi talarem habitum nobis quoque pluribus in locis immineant quum nuper immigraverunt in vastos tractus cauro subjectos 75 millia hominum, e quibus plurimi invehuntur in nostras scholas, nostros ritus, nos ipsos ; quorum lenire mentes nos debeamus utendo habitu qui communis est in regionibus mixtis, id est, ubi acatholici catholicis intermixti convivunt.

Putat Pater Grenier majorem reverentiam vesti clericorum propriæ etiam a protestentibus exhiberi, et Pater Teefy timet ne retro volvamur ad contumelias vesti clericæ ante hos 50 annos puerorum conviciis, ephemeridibus, graphide illatas quibus Christianarum Scholarum Fratres adhuc afficiuntur, commonente Patre Charlebois nullo schemate minas intentari, quasi vestis talaris invitis diœcesibus aut provinciis esset accipienda.

C. LECOQ,
Secretarius.

S.-A. LORTIE,
Secretarius-adjunctus.

[illegible]

[illegible] 25 [illegible] 1909

Adsunt synodales 82.

Ad emendandam relationem 1) Excmus Præses plenius expo... desiderat quibus causis piis hæreditatem presbyterorum opitulari cupit, iis scilicet omnibus quarum ope scholarum catholicarum, institutorum religiosorum auctu aut aliis viis animæ proficiant et sancta mater Ecclesia sumat incrementum.

2) Rmus Pater Columbanus Maria corrigit aliquid quod dixerat de schemate reformato circa habitum clericalem et quod diligentiore facto examine textui ultimo non concinere deprehendit.

Rev. Pater Connolly maxima humilitate retractat vehementiores quasdam voces quas citaverat in opinione sua exprimenda, non quidem suo nomine sed historice tantum et ut proprias voces eorum qui increpant nostras consuetudines.

Admodum Rev. Pater A. David, sacerdos Congregationis e S. Spiritu, obtinet ut synodalibus cœtibus, præstita promissione de secreto servando, intersit.

Rev. Pater Charlebois nostra dicit interesse ut servetur [illegible]stis talaris ubi adhuc obtinet ; solam autem viam ad hunc finem esse ut decreto concilii consuetudo firmetur, nedum labefiat. Id, inquit, nostra interest. Nam 1) plebi catholicæ solemniter promissa est libertas religiosa integra ; ne stet ergo per Ecclesiam quin illa sarta tecta [illegible]sistat. 2) Refert honoris Ecclesiæ ne retro revolvi præsertim [illegible] eodemque tempore videatur ; nec graves illæ causæ quæ a Torontina synodo jure invocatæ sunt, in occidentalibus regionibus instant ; quæ graves causæ certo adsunt quum vexatio sæva imminet ; ad suam 25 annorum experientiam per totum fere territorium orator provocat. 3) interest quoque Ecclesiæ ut clerus se non videatur abscondere, neque bono exemplo foret catholicis ut qui prædicant ne fideles se catholicos esse celent, presbyteri characterem [illegible]...[illegible]ve occultent.

Citat Pater Rouleau Patrem Ojetti qui et vestem talarem propri[illegible]m clericorum habitum jure communi esse docet et memorat in instructione quæ 8 septembris 1870 emanavit a S. Cong. de Prop. Fide

tolerari ut exuatur in missionibus necessitate cogente, v. g. [illegible] per aspera loca

Rev. Pater Leduc 45 annos perlustravit Septentrionalem Americam, talarem induxit in cœtus laicos et politicos ubi semper honorata fuit, sylvestres homines pessime habituros ait si quam vestem ab initio religiose suspexerunt abire viderent ex conspectu, non laicos sponte sed quosdam e clero tendere ad mutationem, qua infeliciter forsan abutentur qui sororum habitum ex xenodochiis ejicerent. Presbyteri schismatici propriam vestem induti incedunt. Nonnumquam ministri hæretici nostram sibi arrogant quo melius captent auram popularem.

Dominus Sabourin vim facit in jure particulari conciliorum et consuetudinum provincialium quod sæpe viam sternit legibus generalibus ; magna timenda incommoda si pro tempore episcopus delet quod decessores probaverunt et successores forte restituent, nec in regione quæ magna ex parte catholica est refugiendum quod in congressu Londinensi aperte factum est nemine impugnante.

Existimat Dnus Casey omnia a commissione prævisa perpensa æqua lance, nihil neglectum quod consideratione fuerit dignum ; concilio vix competere ut ea potestate episcopos abdicet qua sunt a Tridentino instructi ; perfecte fidendum illis ne quid a vera utilitate Ecclesiæ alienum admittant.

Pater Lacoste negat metuenda scandala, metuendas etiam contumelias iis qui talarem circumferunt præter eas quæ facile despiciuntur a viro cordato ; scandala magis generari ab advenis qui vestem gerant vix laico viro gravi non indignam

Dnus Gignac advertit jure communi tonsuram imponi clericis constitutis in sacris ordinibus, et quidem obligatione gravi ex genere suo, tonsuram autem sine veste talari in usu haberi nequire ; indirecte ergo et hanc a jure communi pendere quidquid in contrarium possit allegari

Omnes alto reverentiæ sensu percelluntur quum Pater Lacombe surgit ut qui hucusque siluit, in re sibi tam antiqua palam calculum ferat, qui primus in civitate Winnipeg sacra administravit, primus transversam American emensus est veste talari indutus, nec quidquam incommodi ea gerenda censuit sexaginta annis quibus in missionum palæstra dimicavit. Dei veteranus ægerrime fert non a [illegible]

gentibus quas excoluit et in fide nutrivit sed a junioribus id lacessi [illegible] consenuit, cui minori, coæsepelin desiderat, cui ipse civilitatem in illis regionibus vindicavit et tutam fecit

Putat Rev. Pater Bernier majorem etiam cleri partem in tractibus [illegible] vesti talari favere quæ sæpe opportunum maxime signum est et quasi vexillum circa quod catholici tessera agnoscuntur et congregentur

Pater Gonthier vellet removeri a disceptatione plura quæ mota sunt et reapse ad quæstionem sibi pertinere non videntur. Non enim agitur de habitu religioso qui subjicitur legibus Ordinum, de quo [illegible] episcopis nullam tribuit; neque [illegible] reformato vis adimitur conciliis provincialibus quæ de veste clerica [illegible] statuerunt, v. g. in provincia Sti Bonifacii quibus sua stabit auctoritas donec æquali auctoritate elidatur. Est tamen magnum discrimen inter schema primigenium et emendationem cujus varia capita recolit. Primi enim schematis tenore concilium interdicit episcopis ne res mutent ubi lex scripta aut consueta vestis talaris usum nunc injungit; emendatio eam eisdem facit potestatem si ipsis vel solis, vel in synodo, vel in concilio provinciali quondam videntur eo statu recedere; ipse autem Rev. secretarius consentire non potest cum iis qui metuerent ne quis episcopus non satis firma fronte obsisteret iis qui res novandas molirentur.

Nec multum dissentit de statu quæstionis Pater Doerfler. Sed non expedire putat ut intra territorium idem, puta eamdem provinciam, diversa sit vicinarum diœceseon praxis ubi rerum adjuncta vix diversa sunt, neque ita profecto ait ligari episcopos ut indulto suam libertatem recuperare nequeant.

Relegitur propositio, scilicet ut retineatur schema primitivum loco sectionum a) b) textus emendati. 61 propositioni favent.

Numerus XI approbatur. Tantum initio, pro "Suademur" legendum erit: "Experientia constat".

In capite IV — "De rebus clericis prohibitis", articulo II, additur sub littera a) "Solus cum sola non deambulet nec rheda vehatur ut scandalorum tollatur occasio". Sub littera c), 2a linea, pro "maturioris", legitur "canonicæ", quod quum in sectione superiore apud sororem sacerdotis necessarium judicatum sit a fortiori apud ancillam.

In fine articuli V additur : "ne in lectione ephemeridum aut novellarum pretiosum tempus inutiliter et periculose terant"

In articulo VI, linea 7a, pro "neque" ponitur : "Hortamur ut non" vestigia premendo Summorum Pontificum qui temperantiam, præsertim perfectam, commendant magnopere non tamen præcipiunt, præsertim quum multi sint qui a liquoribus inebriantibus neque vinum neque siceram excludant. Et in fine, ex actis Mediolanensibus adjungitur : "Cauponas adire sacerdotem prohibemus nisi in itinere necessitatis causa."

Articulo VII addi impetrant Dni Teefy et Meehan ne medicinæ chirurgiæve manum admoveant clerici, medici scilicet animæ magis quam corporum.

In articulo VIII media pars paululum immutatur, majoris claritatis causa : "Cujusvis præterquam suorum curam ac tutelam. . . .ne suscipiant". Eraditur linea 8a "excepto tamen munere commissarii scholarum", tum quia id muneris universim non obtinet, sed aliud alibi et satis providetur clausula : "nisi de licentia Ordinarii".

Paginæ nonæ, prima linea, pro "etsi" legetur "si".

In articulo VI, deletur sententia : "Publicis in locis". Incipitur postea a principio quod ponitur loco fundamenti : "Clericos sane dedecet". Sequitur stricta prohibitio semicommate disjuncta a præcedente sententia : "Prohibemus", unde expungitur "publicis spectaculis", "mundanis pompis" ; et post "scenicis", pro "cujuslibet generis" legetur : "ab histrionibus actis". Subjicietur ultimo loco commendata moderatio in ludis : Quod si libeat.

Capiti III approbato per totum subjicitur nota duplex, una quæ nos remittit ad concilium Americæ Latinæ, altera qua votum innuitur extendendi ad totam regionem Instructionem quam continet Appendix Ritualis usurpati in tota provincia civili Quebecensi.

Patres Alexius et Tourangeau rogant Rmos Episcopos ut regulam dent practicam de suffragio ferendo aut non ferendo a clericis in electionibus.

Secretarius commissionis II legit sub Tit. XI : "De sacramentis", caput XI : "De matrimoniis mixtis". Propter cladem fidei et spiritus catholici quam nobis minantur ista matrimonia, quamque lamentabili modo jam expertæ sunt aliæ gentes, visum est ultimæ sententiæ substituere exhortationem vividam qua averterentur omnes tum a

[illegible]

[illegible] a parte Britannico in Americanam [illegible]

[illegible] entum ex concilio Americæ Latinæ quod [illegible] est in praxim optimos edidit fructus, et ubi [illegible] nentur impedimentes ne ætatem, utilitatem, aut aliquid simile sufficere putent ad tantum discrimen adeundum, verum gravissimas causas [illegible].

Quæ ponuntur sub articulo III reperiuntur in articulo V cum titulo : "causa requisita", et numerus IV fit VI : "Proclamationes omittendæ", erasis vocibus "jure communi".

Articulo V substituitur septimus : "celebratio", in quo sub littera (c) obtinent Pater G[illegible] et Dnus Lecoq ut vocibus "nullo pacto" substituatur "non", ne omnis exceptio fiat impossibilis, quum S. Sedes exceptionem esse posse dixerit.

Acceptat secretarius, etsi putet exceptioni locum fere nullum dari apud nos, maxime postquam decreto "Ne temere" assistentia parochi mere passiva vix esse posse videatur.

Articulus VI factus inutilis eraditur.

C. LECOQ,
Secretarius.

S.-A. LORTIE,
Secretarius-adjunctus.

CONGREGATIO SYNODALIS XXII

die 26 oct. 1909

Adsunt synodales 73.

In titulo XI : "De sacramentis", ponuntur sub capite XII : "De catholicis matrimonum coram ministro acatholico attentantibus", fragmenta magni pretii ex capite suppresso : "De matrimoniis clandestinis".

Restituuntur lineæ septimæ articuli I "Pœna" vocabula "Romano Pontifici" speciali modo reservata quæ lapsu memoriæ exciderant. Inter parochorum munera, cavetur ut rei episcopum ipsum adire cogantur, quod illis est salutare. Lineæ 9æ articuli ejusdem 2i "parochorum munera", facile obtinent Pater Gonthier et Dnus Lecoq ultima sententia ita corrigatur et compleatur ut ne specie quidem videatur tribuere episcopo facultatem absolvendi tamquam a casu sibi, non S. Pontifici, reservato.

Caput XIII : "De divortio", duobus complementis ditabitur

Ad articulum III : "Forum ecclesiasticum et civile", memoratur quod Instructio S. Congnis de Prop. Fide edixit 14 januarii 1844, de impedimentis ex adulterio cum comparte civiliter post divortium consociata.

Articulus IV : "Divortium a toro", confirmatur et corroboratur ut colluviei ingruenti agger quidam opponatur.

R. Dnus Corbett, favente Dno Lindsay, Rmis Episcopis supplicat ut a gubernio rogent clarius concipi legem civilem contra concubinarios scandalosos. Allegat Pater Corbett casus plures manifestos in quibus judex animadvertere non valebat, quia sectio legis qua sola poterat uti prorsus inermem eum relinquebat. Plaudit secretarius et cuperet legem quoque obstare quin divortio sejuncti ad novas nuptias Canadam intrarent.

In titulo XIV : "De piis operibus", articulo III, additur confraternitates ita dirigendas ut parochialis vita foveatur nedum quid inde capiat detrimenti.

Dni C. Gagnon et Filion capiti subjiciunt vetitum a Congnibus S. Officii et Indulgentiarum quin mortui adscribantur confraternitatibus.

In capite : "De tertio Ordine", Patres Columbanus et Alexius im-

pettant ut removeantur et verba Leonis XIII, quæ articulo II b) ponuntur et verba Pii IX, [illegible] commissio sufficere volebat, et quæ ponuntur sub littera c), linea 2a : "Ne recusent". Plus negotii facessit additio quam iidem petunt (deletis ex articulo III lineis 7a et 8a), ad hunc finem, 1) ne dicatur regula de fraternitatibus erigendis curare, nam ea de re tacet ; ; 2) ut pastores cogitent de cura fraternitatum, ipsæ visitentur ; 3) neque parochus negligat fraternitatem quam prædecessor foverit. Desiderat enim Rmus Marcellus Richard nimis paucos adesse parochos qui testentur curam parochi non tamquam imparem esse excolendis piis cœtibus dum gravioribus oneribus opprimuntur.

Quum tamen nihil objiciat Tertio Ordini a S. Sede magnifice commendato, quum aliunde Dnus Gignac memoret confraternitatibus [illegible] modo augendis alibi esse consultum, et secretarius et synodales Rdis filiis S. Francisci consentiunt.

Neque majoris molis est Dnis Sabourin, Perrier et Lecoq impetrare ut Tertius Ordo S. Francisci presbyteris, Tertius Ordo S. Dominici universis commendetur. Dolet Pater Alexius quod sibi non obtigerit hanc ultimam propositionem secundante voce fulcire.

In capite III : "De operibus caritatis et misericordiæ", articulo II, audacter adjungitur : "Et eleemosynæ consumantur eo fine pro quo collectæ fuerint".

In capite IV : "De S. Petri denario", articulo 2, primæ lineæ, post "christifideles omnes" interseritur "sicut clerum, communitates religiosas et societates catholicas", quibus utique convenit ut exemplo et larga stipe collata aliis præeant. Linea 5a, "saltem" præmittitur vocabulis "semel in anno", quum illæ pecuniæ collationes et pluries jam quotannis in quibusdam ecclesiis fiant, et optandum sit ut pius ille usus longe lateque diffundatur.

In titulo XVI : "De judiciis ecclesiasticis", capite I : "De curiis episcopalibus", articulo II, linea 3a, commissio enumerat officiales accessorios. Addit sub littera a), linea 4a, verbo competit (Vicario Generali) "pro tota diœcesi", et memorat speciale mandatum quo indiget ut in criminalibus unum habeat cum episcopo tribunal.

Eidem articulo II, sub litteris d) et e) commissio adjici vult duas sectiones : De Assessoribus et de Auditore. Assessoribus vox tantum consultativa datur, et si quatuor sunt bini accedent curiæ. Dni

Gonthier et Gignac provident ut addatur : "si in aliqua diœcesi eo- constituere placet", et ut deleatur sententia quæ duos curiæ adjungit quia hi assessores quantumvis utiles, necessarii non sunt, et curandum ut (quæ est mens S. Sedis) omnia simplici modo peragantur

Non renuit commissio interpretibus Rev. Secretario et Canonico Ross, quamvis rationes additionis promant, et hic indigitat voce consultativa expresse attributa assessoribus tolli ambiguitatem quæ ex concilio Quebecensi VI multos impediverat

Initio capitis II : "De modo summario", plenius explicat secretarius cur Instructioni "Quum magnopere" adhæreatur

Mutatur titulus articuli IX qui erit : "Processus informationis."

Linea 5a, post nomen "auditor", additur : accepto promotoris libello" ; et in fine remittimur ad numerum 12-14 jam dictæ Instructionis.

In articulo XI, littera b), in fine 1æ lineæ et initio 2æ, delentur numeri citati et substituitur : "quoad citationes examenque testium"

In articulo XIII, 2a linea, post "audiatur" addendum est : "quin juramentum ab eo exigatur". Linea 1a, post "delicti" eraditur : "et argumentorum quæ prostant", et [illegible]r : "quæ fit tum per lectionem articulorum accusationis a pror[illegible]ore redactorum, tum per istorum articulorum admissionem vel negationem ab accusato. In linea 6a puncto concluditur sententia post : "accusato". Additur quid oporteat ut capita accusationum delicti legitimentur et quæ cautio esset adhibenda si reus nosse vellet nomina accusantium. Pergitur tum initio novæ sententiæ : Responsa, ut in schemate.

Articulo XIV ordo vocabulorum quorumdam invertitur claritatis ergo. Articulo V, littera b), 2a linea, post "fas est", ita legitur : "Testes ante contestationem delicti auditos ut explicitius examinentur de novo citari rogare", et remittimur ad decreta plura S. Congnis de Prop. Fide. Reliquum, caput integrum approbatur.

In capite III : "De suspensione ex informata conscientia", in articulo I, sectione a), tres lineæ ultimæ delentur, mutato ultimo verbo præcedentis sententiæ "expediat" in "valeat". Lineis deletis substituitur clarius expressum quando ad talem suspensionem procedere possit episcopus propter crimen neque in judicio ventilatum neque in rumorem vulgi deductum neque notorium, monitis in fine sectionis b)

episcopis uno illo casu excepto prævium judicialem processum etiam in re notoria requiri.

In numero 2) sub littera a), definitur ad quos effectus se limitet talis sententia seclusa remotione a beneficiis et cæteris.

Toto capite admisso, legitur caput IX — "De modo procedendi in causis matrimonialibus", ubi duo tantum hactenus adduntur : 1) initio articuli III, post "tres" legetur : "officiales", et sub littera d), linea 9a, dicitur quando novum jusjurandum exigitur a defensore vinculi præter illud quod præstitit in ingressu.

Stetimus in fine articuli quinti.

C. LECOQ,
Secretarius.

S.-A. LORTIE,
Secretarius-adjunctus.

CONGREGATIO SYNODALIS XVIII

die 27 oct. 1909

75 synodales adsunt.

Pergit Secretarius legere caput : "De causis matrimonialibus".

Articulo XI, linea 4a, Rev. Canon. Roy adjutus a Rev. Dowling, post "prodierit" delet "appellabitur ad curiam metropolitanam viciniorem" et substituit : "Supplicandum SSmo ut appellent ad ordinarium viciniorem". Non enim putat posse per Concilium determinare ordinem appellationum ; regulariter ad S. Sedem appellari ; derogando ab illa norma indultum anno 1883 porrectum esse Fœderatis Statibus ut appellaretur ad curiam metropolitanam viciniorem, sed id indultum neque ad omnes regiones S. Congni de Prop. Fide tunc subditas, neque signanter ad hanc regionem extensum. Nimium fore onus metropoli v. g. quæ duabus aliis sit vicina, maxime si et ipsa gravi jam onere prematur ; quod emendatione postulatur jam concessum esse Americæ Latinæ litteris Apostolicis "Trans oceanum" 18 aprilis 1897.

Sectio c) articuli IV deletur.

In titulo XII novum caput : "De cultu erga Spiritum Sanctum", in titulo XIII novum caput (secundum) : "De ecclesiarum cura", paucissimis in hoc altero ablatis nævis, recipiuntur integra.

In titulo II : "De fidei periculis", Cap. "De conversatione cum acatholicis", articulo II, linea 11a, post "pulsare organa" additur "cantare", quum æque reprehendatur.

Articulo IV, linea 4a, conjunctio "vel" mutetur in "et simul", quia utrumque conjunctum requiritur ut excusetur præsentia materialis et grave damnum et titulus officii civilis. Hæc ultima vocabula, ut admonet Rev. Can. Roy, non urbanitatem significant sed munus seu functionem civilem adimplendam. Et additur ex decreto S. Officii 7 julii 1864 tolerari ut quis, positis ponendis, comitetur funera hæreticorum ad januam usque ecclesiæ vel cœmeterii modo præsentiam mere materialem nulla religiosi ritus species adulteret.

Patres Hartigan et Teefy in fine articuli "exequiis mere civilibus", ex decreto S. Officii 14 januarii 1874, addunt : "a quibus ad incredulitatis ostensionem et religionis contemptum quilibet sacer ritus et minister consulto excluditur.

Caput VI : "De societatibus fugiendis", annuente Exc. Sua Rma, est coram commissione "ad novas materias", simul cum emendationibus ad idem caput propositis.

Septimo et octavo capite approbato, legitur sub titulo II : "De fidei periculis", novum caput de modernismo, et sub titulo VI : "de personis religiosis", reformatum caput de relationibus inter utrumque clerum a speciali cœtu religiosorum et presbyterorum sæcularium exaratum et traditum commissioni "ad novas materias". Ambo hæc capita nulli difficultati dant ortum, et Rmus Archiep. Quebecensis qui, absente Exc. Sua Rma, præsidet nomine Patrum grates agit Synodalibus, et respondet Patri Alexio quid fuerit statutum inquirenti de patronis eligendis et colendis totam quæstionem a Rmis Episcopis examini fuisse subjectam.

Initio congregationis quum crastina dies festa Apostolorum Simonis et Judæ sit vigesima prima anniversaria dies consecrationis Illmi et Rmi Archiepi Quebecensis obtulerat Secretarius Amplitudini Suæ Rmæ vota synodalium omnium, et Pater Teefy anglice expresserat quid venerationis et grati animi erga dilectissimum Patrem, quid reverentiæ erga Quebecensem matrem et altricem ecclesiam universi et dudum conceperint et in concilio versantes adauxerint, fausta omnia Illmo Archiepiscopo, ejus diœcesi, ipsi Synodo adprecatur.

Quidquid boni Quebecensi Ecclesiæ contigit Deo Optimo Maximo et prædecessoribus suis Rmus Archiepiscopus humiliter tribuit acceptum, gallice respondens et anglice, sibi preces orat annis et sacro onere laboranti, vota fuisse sibi improvisa, voce tamen apud Rmos Episcopos addente : Placuit Patribus.

C. LECOQ,
Secretarius.

STANISLAUS-A. LORTIE, Ptre.
Secretarius-adjunctus.

Concordat cum originali.
Eugl. Laflamme Ptre
Notarius Concilii